



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso


Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>



EX BIBLIOTHECA

P. P. C. LAMMENS.



UNI

ENT





Jur. 10.485

TRACTATUS DE  
**VLTIMO**  
FINE IVRIS CIVI-  
LIS ET CANONICI,

De primo principio & subsequentibus  
præceptis, de deriuatione, & differen-  
tjis vtriusque Iuris, & quid sit te-  
nendum ipsa iustitia.

AUCTORE  
FORTVNIO GARCIA HISPANO,  
I. C. CLARISSIMO.



COLONIAE AGRIPPINAE,  
Apud Ioannem Gymnicum, sub Mono-  
cerote, M. D. LXXXV.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY  
540 EAST 57TH STREET  
CHICAGO, ILL. 60637

# TYPOGRAPHVS CANDIDO LECTORI S.

**C**onsideranti mihi Candide Le-  
ctor, quid potius ex scriptis For-  
tunij Garcie I. C. Clarissimi Hi-  
spani, sub incudem reuocarem, vt intel-  
ligerem, num ipsius scripta nostratibus  
Iurisconsultis etiam sint grata, quando-  
quidem allegatū sæpius hunc auctorem  
apud præclarissimos Iureconsultos, in-  
ter legendum reperi. Facile ergo mihi  
persuasi, non minus me gratum quàm  
vtile facturum, si ab hoc Tractatu de VL-  
timo Fine Iuris Ciuilis & Canonici, ex-  
ordium sumerem, quàm enim is utilis  
& necessarius sit, facile intelligent ij, qui  
à limine saltem hunc Tractatum salu-  
tarint. Si igitur intellexero hæc exem-  
plaria benè distrahi, & legum candida-  
tis grata, operam dabo, (Deo Opt. Max.  
adiuuante) vt breui omnia huius Autho-  
ris opera, tam ea quæ olim in lucē pro-  
dierunt, quàm alia manuscripta si-  
mul euulgentur. Vale, Co.  
Ioniæ 5. Februarij 1585.





DE VLTIMO FINE  
IVRIS CIVILIS ET  
CANONICI.

De primo principio & subsequentibus  
præceptis, de deriuatione & differen-  
tijs vtriusque Iuris, & quid sit  
tenendum ipsa iustitia.

FORTVNII GARCIAE  
HISPANI I. C. Clariss.

S V M M A R I A.

**I**USTITIAE nullam effigiem tenemus,  
sed vmbra, & imaginibus vtimur.  
**2** Finem praponere oportet, vt cursum re-  
ctum dirigamus.

*Finis cognito principia determinantur, qua ad ip-  
sum tendunt.*

*Finis in omnibus agendis principium est.*

**3** *Finis Iuris Canonici est humana felicitas.*

**4** *Leges quare facta sint.*

**5** *Finis Medicinae est sanitas, & finis legis est mentes  
conseruare sanas.*

*Regula vnde dicta fit.*

**6** *Finis legis Ciuilibus est humana vita felicitas.*

**7** *Lex est bonorum & malorum princeps, & iusto-  
rum & in iustorum regula.*

A

8 Finis

8. *Finis iuris Canonici & Ciuilis idem est.  
Motus primus principium primum est.*
9. *Principium primum est ratio, per quam apparet  
bonum sequendum, & malum fugiendum esse.*
10. *Iustitia primum munus est, ne qua quis alicui no-  
ceat.*
11. *Lex Canonica à lege natura vel diuina oritur.*
12. *Testamentum nouum & vetus à lege naturali non  
differt.*
13. *Leges ab Euangelica lege dependere dicuntur.  
Ratio si in lege non insit, potiùs legis corruptio  
dicitur.*
14. *Lex Ciuilis à lege diuina, vel naturali deriuata.*
15. *Papa est pater patrum, & concurrat in potestate &  
iurisdictione cum omni pralato.*
16. *Regis cor in manu Dei est.*
17. *Legumlatores qui primi fuerint.  
Ius consuetudinis, & ciuile originem ab eo tempore  
habet, quo Caym ciuitatem adificauit.*
18. *Ius Canonicum cui parti philosophia subiiciatur.*
19. *Ius Canonicum & Ciuile se habent inter se, vt cor-  
pus & anima.*
20. *Canones à metaphysica aliter ac leges subiiciantur.*
21. *De lege natura ea sunt, quæ recta ratio naturali  
homini facienda ostendit.*
22. *Ius Canonicum & Ciuile habent finem, vt huma-  
num genus rectè uiuat.*
23. *Lex ciuilis sicut canonica peccato obuiat. & inf-  
num. seq.*

- 24 *Lex vel consuetudo peccati nutritiva non valet.*
- 25 *Saluus quis esse sine fide non potest.*  
*Heretici vindicta diuina & pœnis imperialibus puniuntur.*
- 26 *Christianus licet iure compellatur veros fidei articulos tenere, tamen articuli iure non discernuntur.*  
*Fide tenemus, quod humana ratione comprehendere non possumus.*
- 27 *Disputationes subtiles quomodo in decretis inserta sint.*
- 28 *Papa quomodo de fidei dubijs cognoscat.*  
*Ius Canonicum anima salutem aeternam cõsiderat.*  
*Papa omnia quoad animam, subijciuntur.*
- 29 *Christus salutis aeterna est author, & ad redemptionem humani generis carnem humanã assumpsit.*  
*Ecclesia corpus non ligat, sed animam.*
- 30 *Bonum summum Aristoteles constituit in virtute cum honestate.*
- 31 *Virtus nulla inhonestã esse potest. Deo veritas non absconditur.*
- 32 *Fœlicitas vera secundum Aristotelem, in quo constituta sit.*
- 33 *Natura cum veritate pugnare non potest.*
- 34 *Natura & leges diuina nõ discordant, sed sibi constant.*
- 35 *Ius Canonicum disponit, ne modo aliquo in periculum salutis aeternae incidamus.*
- 36 *Lex canonica vel ciuili nutriens peccatum legis, rigorem non habet.*

- 37 *Præscriptio de iure Ciuili etiam ex mala fidei possessione valet. vide infra num. 39. & infra sub nume. 48.*
- 38 *Præscriptio est de iure positiuo.*
- 40 *Lex nulla est, quæ de lege aterna non participet.*
- 41 *Præscriptio in mala fidei possessore quo iure inducitur fit.*
- 42 *Iniustum permitti non debet, vt bonum sequatur.*  
*Ius an possit dispensare, vt mala fidei possessor præseruetur.*
- 43 *Lex illa optima est, quæ in finem legum, id est, humani generis felicitàtem recto tramite tendit.*
- 44 *Possessio mala fidei est contra ius naturæ.*  
*Alienæ rei conscientiam habens, mortaliter peccat.*
- 45 *Finis vniuersalis legum est, peccata corrigere.*
- 46 *Mala fidei possessoris peccatum est contra proxima principia legis naturæ.*
- 47 *Consuetudo contra præcepta naturalia non valet.*  
*Lex omnis ex præceptis naturalibus infertur.*
- 48 *Rationi peccatum inesse non potest.*
- 49 *Lex ad verum finem non tendens, non est constitutio, sed destitutio.*
- 50 *Ius Canonicum, in quo circa præscriptionem à iure Ciuili, discrepet.*
- 51 *Regula vniuersalis iuris Ciuilis.*  
*Permittere non potest ea, quæ speciali causa à iure diuini*

*re diuino prohibita sunt.*

- 52 *Præscriptio mala fidei an de iure Canonico prohibita sit.*
- 53 *Ea quæ sunt iuris, iure cessante essentialiter nihil sunt.*
- 54 *Præscriptio est quid iuris Ciuilib.*
- 55 *Iuri Ciuili pertinet prouidere, ne quid mala fide possideatur.*
- 56 *Ius Ciuile & Canonicum an inter se in præscriptione mutuo conueniant.*
- 57 *Lex Euangelica quomodo à iure Ciuili discordet, & quomodo actus iudicent.*
- 58 *Ius naturale in Lege & Euangelio continetur. Leges omnes ex lege natura descendunt.*
- 59 *Ius Canonicum à Ciuili, vel Ciuile à Canonico in iudicialibus discordare non debet.*
- 60 *Ius Canonicum à iure Ciuili in foro conscientia discrepat.*
- 61 *Iustitia semper vna est, & est immutabilis.*
- 62 *Ius gentium quid sit.*
- 63 *Forus conscientia in quo à ciuili discrepet. Ecclesia militans de occultis non iudicat.*
- 64 *Cap. vigilant. & c. fin. de præscript. solum in foro conscientia procedunt.*
- 65 *Ius Canonicum & Ciuile quid conseruare intendant.*
- 66 *Iuris Ciuilib particularis effectus est lites dirimere.*
- 67 *Iustitia executio est lites determinare. & num. sequen.*

- 69 *Remissio etiam de iure Canonico de vno foro ad alium locum non habet.*
- 70 *Canones an contineant metaphysicales speculationes.*
- 71 *Doctor Decretorum quomodo de fide Catholica disputare possit.*  
*Fidei de veritate disputare non licet, sed quod determinatum est, tenere.*  
*Dubium ad articulos fidei pertinens, Papa referendum est.*
- 72 *Canones legibus praferendi sunt, & quare.*
- 73 *Papa maiorem iurisdictionem habet, quam Imperator.*
- 74 *Leges superiorum legibus inferiorum digniores sunt.*  
*Lex natura à Deo procedit.*
- 75 *Bonum & malum à voluntate praecedit.*
- 76 *Audacia per leges coercetur, & delinquendi licentia, & nocendi facultas.*
- 77 *Ius Ciuile animum ad politicum bonum instruit.*  
*Papa ex potestate sibi à Deo data ligare & soluere spiritum secundum iustitiam potest.*
- 78 *Papa est supra ius Canonicum.*
- 79 *Virtus potissima, ad quam ius Ciuile & Canonicum conatur, quae sit.*
- 80 *Ratio naturalis quid bonum, & malum sit, discernit.*
- 81 *Charitas ad veram humanorum societatem necessaria est.*
- 82 *Iuris amicitia naturalis est, & à principijs natura-*

tura-

*turalibus oritur.*

- 83 *Ius Canonicum an possit iuri Ciuili in vsuris obuia-  
re. & infra nu. 90. & 92.*
- 84 *Ius Canonicū & Ciuile multa impunita reliquit,  
qua per Deum vindicantur. & nu seq.*
- 86 *Dei iudicium, & non humanum, in foro consci-  
entia consideratur.  
Papa quomodo super omni peccato iurisdictionem  
habeat.*
- 87 *Castigatio boni Pastoris ad emendam tendere do-  
bet.*
- 88 *Honestas virtutis socia cum vitijs semper pug-  
nat.*
- 89 *Ius Canonicum vel Ciuile quare particulariter  
quodlibet delictum non punit.*
- 91 *Approbantis & approbati eadem est sententia.*
- 93 *Leges vsuras permittentes nulla sunt.*
- 94 *Vsura natura prohibita sunt.*
- 95 *Philosophia precepta discenda sunt, sed an ciuili-  
liter viuendum sit, an secundum eius precepta.*
- 96 *Imperator legem Euangelicam profitetur, & ei se  
subijcit.*
- 97 *Vsurarum crimen ecclesiasticum est.*
- 98 *Actio ex stipulatu ad vsuras hodie non datur.*
- 99 *Vsura rapina est.*
- 100 *Ius Ciuile peccata in prauidicium proximi caden-  
tia punit.*
- 101 *Vsurarum vorago animas deuorat, & facultates  
exhaurit.  
Vsurarijs potest Imperator poenam imponere.*



- 102 *Iudex secularis super vsuris pronunciare, & punire potest.*
- 103 *Vsura nullo casu permiffibilis est, etiam in causa dotis, nisi tanquam interesse.*
- 104 *Intellectus ad c. salubriter, de vsur. & infra numero. 107.*  
*Dos iure naturali filia debetur à patre.*
- 105 *Pignus vtplurimum debita quantitatis valorem excedit.*
- 106 *Fructus an in sortem computentur per generum, quando socer ei fundum in pignus pro dote dedit.*
- 108 *Quid quando dos per extraneum datur.*
- 109 *Filius incestuosus de iure Canonico vel Ciuili, an alibi debeat. & infra num. sequentibus. & num. 116*
- 110 *Cap. cum non haberet, de eo qui dux. in matrimo. quam pol. per adulte. declaratur.*
- 111 *Canones seruandi sunt, vbi ciuilis iustitia cessat.*
- 112 *Canones legibus in vtroq; foro praferuntur, quando in ratione naturali fundantur.*
- 114 *Spurij de canonica aequitate sunt alendi.*
- 115 *Filius incestuosus an patrem alere teneatur.*
- 116 *Filius patri spurio legari potest.*
- 117 *Filius incestuosus an patrem sine venia in iudicio vocare possit.*
- 118 *Filius incestuosus patri reuerentiam debet.*
- 119 *Patris appellatione in materia naturali pater incestuosus venit.*
- 120 *Reuerentia filij erga patrem à natura est.*

121 Intel-

- 121 *Intellectus ad l. parentes. ff. de in ius voc. filius incestuosus an lege Pompeia de parricidijs teneatur.*
- 122 *Pater incestuosus quomodo probetur.*
- 123 *Filius naturalis vel vulgo conceptus an matri succedat, vt infra in processu.*
- 124 *Coitus omnis illicitus de iure ciuili hodie damnatus est, vide infra nu. 127.*
- 125 *Hæreditatis filiorum ratio à iure naturali dependentiam habet.*  
*Matrimonium est de iure natura.*
- 126 *Concubinatus de iure Ciuili permissus erat.*  
*Fornicatio iure natura prohibita est.*
- 128 *Meretricium genus & scenicum detestabile est, & de iure Ciuili reprobatum.*  
*Concubinatus est detestabilior quàm simplex fornicatio.*
- 129 *Succeſſionis ratio eadem est filij ad matrem naturalem, que est ad patrem naturalem.*
- 130 *Filij naturales an in duabus vncijs succedat iuste.*  
*& nu. seq.*
- 131 *Matrimonium ciuitatis, & humani generis seminarium est.*
- 132 *Matrimonium quando institutū fuit, & per qua verba.*
- 133 *Filij etiam ex vnica concubina nati, iniusti sunt.*
- 134 *Succeſſionis filiorum ex concubina, & nō ex concubina differentia non est.*
- 135 *Filius ex furtiuo accessu genitus per subsequens*  
*matr-*

*matrimonium legitimat.*

- 136 *Filij naturales, vt per subsequens matrimonium legitimentur, an dotalia instrumenta requirantur.*
- 137 *Legitimus vt quis dicatur qua requirantur.*
- 138 *Concubinas plures habere detestabilius est, quam vnā habere.*
- 139 *Filij nati non ex concubinis, an naturales sint.*
- 140 *Spurij in duabus vncijs, sicut naturales non succedunt.*
- 141 *Pater naturalis an filiam dotare teneatur, & infra nu. 143. & nu. seq.*
- 142 *Argumentum de alimentis ad dotem valet.*
- 144 *L. si. C. de dot. promis. an in filia naturali locum habeat.*
- 145 *Arbitratoris dictum an homologari possit.*
- 146 *Arbitrium arbitri, & arbitratoris eandem iustitiam habet.*
- 147 *Actio & exceptio an ex compromisso oriatur, & infra in discursu, & nu. 153.*
- 148 *Fides est fundamentum iustitia.*  
*Ius Canonicum & ciuile in compromisso an sibi sint contraria.*
- 149 *Actio an ex compromisso nudo oriatur.*
- 150 *Canones in foro Canonico seruandi sunt, & si communis opinio de iure ciuili sit in contrarium.*
- 151 *Leges in materia peccati canonibus subiiciuntur.*
- 152 *Ius Ciuile si à Canonico discrepet, an vnumquodque in suo foro seruandum sit.*

- 154 *Homologatio sententia arbitri an de iure Canonico & Ciuili sine subscriptione fiat.*
- 155 *Ius Ciuile confirmatum à iure Canonico in foro ecclesiastico seruari debet.*
- 156 *Compromissum quando fit cum pœna, vel iuramento, vel stipulatione an homologatio locū habeat.*
- 157 *Homologatio de iure Canonico an locum habeat etiam si sine ea compromissum efficax esset.*
- 158 *Sententia fundamentum non habens difficilius roboratur, quàm quæ est solennitate debita celebrata.*
- 159 *Sententia si lata per arbitrum, quomodo executioni mittatur.*
- 160 *Causa impulsua l. si. C. de arb. qua fuerit.*
- 161 *Sententia an homologari possit, quando pœna addita compromissum sit.*
- 162 *Homologationis ius an subsidiarium sit.*
- 163 *L. diem proferre. §. si. ff. de arbit. an de iure Canonico correctæ sit.*
- 164 *Actiones de iure Canonico ex nudis promissionibus competentes, an actiones de iure ciuili competentes tollant.*
- 165 *Pater occidens filiam, vel maritus uxorem adulteram an peccent, & nu. seq. & nu. 174.*
- 166 *Potestas omnis à Deo est.*
- 167 *Lex quem finem habere debeat.*
- 168 *Mortis pœna an per leges iustas ponatur. Homicidium quando permitti possit.*
- 169 *Legum correctio ad salutem, non ad aternam mortem esse debet.*

- 170 *Leges quare dederunt patri licentiam occidendi filiam adulteram, & non marito occidendi vxorem adulteram.*
- 171 *Lex licet det patri facultatem occidendi filiam adulteram, ei tamen necessitatem non imponit.*
- 172 *Iustitia vera compassionem habet, falsa verò indignationem.*
- 173 *Eleemofina modus est delinquentes corrigere, et errantes in viam veritatis deducere, pœna qualis esse debeat.*
- 175 *Adulterum ex interuallo occidere an licitum sit.*
- 166 *Lex non solum occidentes adulteros tolerat, sed etiam eis facultatem præstat.*
- 177 *Adultery dolor in patre, quam in marito maior est.*  
*Maritus occidens adulterum non punitur de homicidio, sed mittus.*
- 178 *Ecclesia non gladio sed disciplina ad salutem virtutur.*
- 179 *Adulterium ad occidendum causa nõ est sed ira.*
- 180 *Vxorem adulterantem forti viro occidere non conuenit.*
- 181 *Peccare an dicatur qui legis auctoritate peccat.*
- 182 *Lex non potest auctoritatem peccandi præstare.*
- 183 *Leges quomodo diuinitus promulgatæ sint.*  
*Legum diuinitas in vera iustitia consistit.*
- 184 *Leges occidendi facultatem præstantes an nullæ sint.*  
*L. qui iurasse in princip. ff. de iureiur. quomodo intel-*

*intelligatur.*

- 195 *Maritus, vel pater, vel frater iniicientes manus violentas in clericum quare excommunicati nō sint.*
- 196 *Pater filiam, vel adulterum, & maritus adulterum occidens qua poena puniantur.*
- 197 *Matrimonium metu contractum non valet.*
- 198 *Matrimonium omnimodam libertatē requirit.*
- 199 *Matrimonium per metum cum sponsa post sponsalia contractum nullum est.*
- 190 *Adulter iustē potest se defendere contra eum occidere volentem.*
- 191 *Pater an alij committere possit, vt filiam adulteram occidat.*
- 192 *Pater an possit occidere filiam adulteram pregnantem.*
- 193 *Opinio crudelis est, quōd pater filiam pregnantē adulteram occidere possit.*
- 194 *Vxor corporis mariti pars est.*
- 195 *Vxor pręgnans si ad mortem damnata est, supplicium post partum differtur.*
- 196 *Excusatio in his qua fieri possunt, locum non habet.*
- 197 *Legatum rei aliena an de iure Canonico valeat, & infra nu. 207.*  
*Quid de iure Ciuili.*
- 198 *Voluntates rationabiles defunctorum sub mortali peccato obseruari debent, & infra nu. 236.*  
*Leges peccatum non nutriendes in foro animę & iudicio Canonico seruanda sunt.*

199. Di-

- 199 *Dicere nemo praesumitur, quod mente non cogitavit.*
- 200 *Mendacium quid sit.*
- 201 *Verba sunt instrumenta, ex quibus mens probatur.*
- 202 *Cap. filius. de testa. quomodo procedat, & infra nu. 205.*
- 203 *Aliena res legata ab ipso legatario an domino restituenta sit.*
- 204 *Aliena res domino inuito detineri non potest.*
- 206 *Cap. filius. de testam. an in foro seculari locum habeat.*
- 208 *Ius civile fovens lucrum odiosum proximo, an in foro Canonico servandum sit.*
- 209 *Alienam rem legatam solvere aequitati naturali convenit.*
- 210 *Aliena rei legatum non valere interpretari, iniquum est.*
- 211 *Legatum factum de rebus ecclesia an valeat, & nu. seq. & nu. 218.*
- 213 *Aliena res alienari prohibita legari non potest.*
- 214 *Ius ex regula non ex exceptione sumendum est.*
- 215 *Legari an possint res Ecclesia Romana, sicut nec Caesaris.*
- 216 *Legatum de re Caesaris quare non valeat.*
- 218 *Alienatio fundi dotalis facilius est, quam rei Ecclesia.*
- 219 *Leges Imperatorum an clericos comprehendant.*
- 220 *Lex non comprehendit aliquos nisi subditos, & infra nu. 222. 223.*

- 221 *Maritus secundum legem mundanam uxorem adulteram sine pœna occidere non potest.*
- 224 *Leges humanas Deus humano generi per Principes distribuit.*
- 225 *Lex ciuiliſ Canonica cõprobatione clericos comprehendit.*
- 226 *Lex ciuiliſ quare, vt clericos comprehendat, per Papam confirmari debeat.*
- 227 *Lex ciuiliſ super Eccleſiis, vel rebus, vel personis eccleſiaſticis an valide ſint.*
- 228 *Imperatores in primitiua Eccleſia leges de clericis edebant.*
- 229 *Imperator in ſpiritualibus Eccleſiam ſuperiorẽ proſtitetur.*
- 230 *Ius ciuile etiam in caſu iuramenti obſeruatur.*
- 231 *Lex ciuiliſ de matrimonio loquens obſeruatur, ſi canonibus non contrariatur.*
- 232 *Lex ciuiliſ in caſu hæreſis, qua eſt Eccleſiaſtica, ſeruanda eſt.*
- 233 *Lex ciuiliſ crimen Eccleſiaſticum prohibere, & pœnam imponere potest.*
- 234 *Leges à Gratiano in decretis inſerta, ſi iuſta ſunt valent.*
- 235 *Teſtamentum ſine ſeptem teſtibus an vtroque iure valeat.*
- 237 *Lex ciuiliſ quare teſtamentorum ſolemnitatem introduxerint.*
- 238 *Lex ad bonum commune tendere debet.*
- 239 *Teſtamentorum ſolemnitas per ius Pratorium introducta fuit.*



- 240 Lex humana omnibus prouidere non potest, sed sola diuina prouidentia hoc potest.
- 241 Lex canonica in omnibus legem diuinam duorum testium non obseruat.
- 242 Testes quot requirantur ad depositionem Episcopi Cardinalis, &c.
- 243 Laici duo contra clericum in criminalibus non probatur, in criminalibus tamen exceptis probatur.
- 244 Testium qualitates que sint.
- 245 Finis preceptorum diuinorum, & moralium in humana felicitate situs est.
- 246 Lex ciuilis, & canonica licet diuersam viam in obseruatione testamentorum instituant, tamen ad eundem finem vendunt.
- 247 Peccata omnia an equalia sint.  
Regula testium iuris diuini certam determinationem non habet.
- 248 A legibus in foro Canonico recedendum non est, nisi in canonibus contrarium reperiatur.  
Heredes iniuste bona testatoris vsurpantes sine restitutione absolui non possunt.
- 249 Peccata ex iustis institutis oriri non possunt.
- 250 Consuetudo contra l. diuinam, vel vniuersalem Ecclesie statum non valet.
- 251 Excommunicatio in c. cum esses, de testa. contra quemcumq; Christianum imposita non est.
- 252 Ecclesia Fouiana apud vniuersos leges diuinas obseruare debet.
- 253 Consuetudo superfluas probatioes exigens reprobanda ansit.

- 254 Testes septem, vt in testamentis, interueniant ad publicam vtilitatem, introductum est.
- 255 Rationabile minus an sit, vt vnus testimonio credatur, quàm vt plures testes requirantur.  
Causa nulla est, qua vnus testimonio terminetur.
- 256 Testamentum de iure Ciuili si septem testes non habet, sufficienter non est probatum.
- 257 Bonus quilibet secundum naturam praesumitur.
- 258 Verbum, sic, sic, & non, non quomodo intelligatur.
- 259 Consuetudo an valeat, quod minus sufficienter probationi credatur.
- 260 Lex Ciuilis, & Canonica an in foro conscientiae ligent.
- 261 Obligatio naturalis in legibus Ciuilibus inest.
- 262 Legis natura qua fit.
- 263 Peccatum non habet, quod lege permittente fit.
- 264 Lex natura quatuorplex fit.
- 265 Lex natura innocentiam, patientiam, paupertatem & humilitatem.  
Donatio Ecclesia facta per superuenientiam liberorum an reuocetur. & infra nu. 267.
- 266 Episcopus & Ecclesia perfectionis legem sequi debent.
- 268 Affectio inordinata praesumi non debet, nisi probetur
- 269 Monasterium cui donantur bona filiis superuenientibus, loco filiorum non habetur.  
Donatio nulla maior est, quàm quando donator se ipsum donat.
- 270 Bona donatoris filiis superuenientibus ratione naturali restituenda sunt.

- 271 *Filius donatori superueniens monasterio fauorabilior est.*
- 272 *Ementes & vendentes an de iure Canonico se decipere possint intra dimidiam iusti pretij.*
- 273 *Quid in foro conscientia.*
- 274 *Deceptio est iustitia inimica.  
Mendacium sine peccato esse non potest.*
- 275 *Decepto ultra dimidiam iusti pretij an subueniatur.*
- 276 *L. in causa in ll. Pomponius. ff. de mino. hic declaratur.*
- 277 *Mercator an possit pluris vendere, quam ipse e. merit.*
- 278 *Deceptio duplex est.*
- 279 *Dolus duplex, scilicet bonus & malus.  
Deus an decipere possit.*
- 280 *Dolus bonus & malus est à persona decipiente, vel decepta.*
- 281 *Dolus inductus ad religionem ingrediendum si quis fuerit, an ingressus vitietur.*
- 282 *Dolo bono deceptus an deceptus dicatur proprie.*
- 283 *Dolus bonus est contra hostem machinari.*
- 284 *Carneades dicebat nullam esse iustitiam.*
- 285 *Iuris ignari stulti appellantur.*
- 286 *Viro bono alterum decipere non licet.*
- 287 *Ecclesia furtum puniens an damnum cum quadruplo sibi restitui faciat.*
- 288 *Pœna tam à laicis, quam à clericis de iure Canonico an exigi possit.*
- 289 *Ius Canonicum ea que sunt contra conscientiam non permittit, nec que peccatum pariant.*

- 290 *Cap. fraternitas. 1 2. q. 2. hic declaratur.*
- 291 *Fur in foro conscientiae quadruplum restituere nō tenetur.*
- 292 *Pœna pro furto licet de iure naturali determinata non sit, lex tamen civilis eam determinat.*  
*L. 1. C. de furt. quomodo iutelligatur.*
- 294 *Ecclesia intētionem habere debet, ne ex alicuius delicto lucrum captet.*
- 295 *Pœna quare in c. suam, de pœnis peti non possit.*
- 296 *Pactum de non succedendo firmatum an valeat de iure civili.*
- 297 *Iuramentum licet contra mores bonos naturales nō valeat, valet tamē contra bonos mores civiles.*
- 298 *Iuramētum de iure civili an valeat, vt filia dote contēta nullum ad bona patris regressum habeat.*
- 299 *Ius civile an contra iuramentum statuere possit.*
- 300 *Lex civilis obligationem Deo quasitam dissolvere non potest.*
- 301 *Ius civile licet contractui ex causa civili resistat, iuramento tamen non resistit.*
- 302 *L. Pactū. C. de colla. an de iure Canonico pcedat.*
- 303 *Cap. cum contingat. de iure iur. declaratur.*
- 304 *Cap. quamuis. de pact. lib. 6. iuris civilis correctorium, nec limitatorium est.*  
*Sed potius addit, & declarat.*
- 305 *L. nō dubiū. C. de leg. declaratur, et inf. nu. 309.*
- 306 *Leges pœnales correctoriae quando de equitate naturali disponunt, earum restrictio consideranda non est.*
- 307 *Aequitas generalis obseruandi contractus: à pœnali*

- ciali vincitur.*
- 308 *Lex Ciuiliſi contractum prohibeat, ſi iure iur. contractus, an obliget.*
- 310 *Contractus à iure Ciuili improbatuſ, iuramento an validetur.*
- 311 *Cap. quamuis, de pact. declaratur.*
- 312 *Verbum, firmare, vel firmari, ad factum, non ad ius refertur.*
- 313 *Alienare aliud eſt, & aliud iurare de non contrahendo alienationi.*
- 314 *Prohibitio alienationis fundi dotaliſ licet ſit in fauorem partis, tamen conſenſu eius qui prohibetur, conualidari non poteſt.*
- 315 *Iuramentum per ſe à contractu ſeparatum, obligationis introductorium eſſe non poteſt.*
- 316 *Iuramentum confirmatoriũ ab aſſertorio differt.*
- 317 *Pacta contra bonos mores qua ſunt de iure Ciuili, & qua de iure Canonico.*
- 318 *Pactum filia, per quod ſucceſſioni paternaſ renunciatuſ ſecundum ius Ciuile, non eſt contra bonos mores.*
- 319 *Pactum de quo in l. pactum quod dotali, C. de colat. an valeat. & nu. ſeq.*
- 321 *Pater an peccet, ſi dote conſtituta cum filia pacificatur, ne ei ſuccedat.*
- 322 *Pactum de futura ſucceſſione an ſit contra bonos mores naturales, canonicos & ciuiles.*
- 323 *Teſtandi libera facultas iuriſgentium eſt.*
- 324 *Mores boni ciuiles an à moribus canonicis differant.*

*Donatio inter virum & vxorem licet prohibita sit, iuramento tamen confirmatur.*

- 325 *Statutum vel lex Ciuilis an possit iuramentum annullare.*
- 326 *Leges & statuta viam periurijs aperire non debent.*
- 327 *Iuramentum est quid Ecclesiasticum & spirituale.*
- 328 *Leges edita ab Imperatoribus super iuramentis non seruandis sunt nulla, nisi iuramentum sit contra bonos mores, & peccatum nutriat.*
- 329 *Statuta laicorum etiam in fauorem clericorum statuere non possunt.*
- 330 *Leges periuria punientes iusta sunt.*
- 331 *Sacrilegium quod est mixti fori, in vtroque foro punitur.*
- 332 *Leges precipientes iuramentū seruari iuramentum, valida sunt.*
- 333 *Iudex secularis cum Ecclesiastico crimina ecclesiastica à seculari commissa, puniri potest.*
- 334 *Ius Ciuile si quid secundum diuinam legem disponit, & precipit, contraueniens dupliciter peccat.*
- 335 *Lex declarans iuramentum non valere, an valida sit.*
- 336 *Iuramentum intelligi debet secundum naturam actus, super quo ponitur.*
- 337 *Iuramentum non obseruans legis auctoritatem licet sit periurus, fingitur non periurus.*
- 338 *Promittens iudicio sisti, die feriat a sistere non tenetur.*

*Iuramentum simplex secundum iustitiam interpretatur.*

339 *Lex civilis vbi consensit. an à periurio excusare possit.*

*Auctoritas superioris, quod in iuramento sit excepta, quo modo intelligatur. & infra 383.*

340 *Lex civilis an possit prestare auctoritatem non observandi iuramentum.*

341 *L. fin. ff. ad municip. quomodo intelligatur, & infra nu. 344.*

342 *Iurare hodie per Imperatorem non licet.*

343 *Iurare per creaturam an liceat.*

345 *Periurus ad dignitates admitti non debet.*

346 *Iuramentum non obligat, si quis iuret, quod non erit Episcopus.*

*Iuramentum & promissio impediens liberū consensum ad matrimonium non valet.*

348 *Leges Canones tollere non possunt.*

349 *Iuramentum eius qui iurat non reuocare testamentum, nullius est momenti.*

350 *Clausula derogatoria vltioris voluntatis nullā habet turpitudinem.*

351 *Matrimonia libera esse debent, sicut etiam testandi facultas.*

352 *Sponsus si sponsam in vxorem ducere compellatur, contractus nullus est.*

353 *L. stipulatio hoc modo concepta quomodo intelligatur.*

354 *Iuramentum adiectum stipulationi, vel pacto, per quod auferatur libera testandi facultas an valeat.*

355 Sta-

- 355 Statutum valet, quòd mulier testari non valeat sine consensu consanguineorum, vel mariti.
- 356 Iurans non reuocare testamentum, si reuocat, per iurus est.
- 357 Morum appellatione quid veniat.
- 358 Stipulatio pœnalis de matrimonio contrahendo est contra bonos mores.
- 359 Regula, non est obligatorium, de reg. iur. in 6. quomodo intelligatur.
- 360 Mores boni qui sint.  
Moralia sunt, qua ad bonos mores pertinent.
- 362 Ius commune apud Iurisconsultos pro iure gentiũ sumitur.
- 363 Iuri publico iuramento renunciari non potest.  
Iuramentum in alterius praiudicium obseruari non potest.
- 364 Iuramentum est obseruandum, si in detrimentum salutis non vergat.
- 365 Statutum vel lex Ciuilis habens in se aequitatem, & rationem naturalem, an iuramentum annullare possit.
- 366 Edictum de minoribus restituendis, aequitate naturali introductum est.
- 367 Dolus bona fide contrahi non potest.
- 368 Deus vbique presens est.
- 369 Minor iuramento non obstante, an restituatur.
- 370 Minor post iuramentum adimpletum an restituendus sit.
- 371 Statutum ad valeat, quòd iuramentum in contractibus & alienationibus minorum non valeat.



*Henricus Imperator volebat reuocare Auth. sacramenta puberum, sed morte praeventus, nequiuit.*

372 *Ius Ciuile an impedire possit iuramenti obligationem.*

373 *Minor in spiritualibus habens consensum natura, & iure Canonico obligatur.*

374 *Statuta, quod iuramenta puberum non valeant, an sint valida.*

375 *Ius Ciuile iuramentum praestandum remittere potest, sed praestatum non.*

376 *Ecclesia de dependentibus à spiritualibus cognoscit.*

377 *Ius Canonicum an praecipere possit, ne iuramentum licitum obseruetur.*

378 *Quid in illicito.*

379 *Iuramentum contra leges an valeat.*

380 *Ius Ciuile & Canonicum iudicat iuramentum nullum.*

381 *Episcopus an declarare possit, vt iuramentum sit licitum, vel non.*

382 *Legum generalis interpretatio Papa vel Imperatori pertinet.*

384 *Ius Ciuile super laicos, quoad spiritualia nullam iurisdictionem habet.*

*Principes omnes in spiritualibus Pontifici subiunguntur.*

385 *Ius Ciuile quomodo de spiritualibus disponere possit.*

386 *Matrimonium licet spirituale sit, tamen in eius materia ad leges Canonibus non contrarias*

*recur-*

*recurrere possumus.*

- 387 *Metu facta de iure Canonica an valida sint.*  
 388 *Metu facta de iure pratorio non valent.*  
 389 *Ius Canonicum iuris pratorij aequitatem, quam iuris Ciuilibus rigorem potius imitari debet.*  
 390 *L. 1. ff. de dol. except. quomodo intelligatur.*  
 391 *Iuris vinculum ex alicuius ratihabitione oritur.*  
 392 *Metu renunciatus an restituendus sit.*  
 393 *Cap. secundum, de his qua vi metusve cau. si. quomodo intelligatur.*  
 394 *Iuramentum vi praestitum ad res non expressas trahendum non est.*  
 395 *Leges vt corrigantur, subauditiones fingenda non sunt.*  
 396 *Metu vel vi facta robore firmitatis carere debent,*  
*Verbum, careat, est lata sententia.*  
 397 *Cap. vnicum, de his qua vi met. caus. si. declaratur. & nu. seq.*  
 399 *Lex loquens per verba praesentis temporis semper loquitur.*  
 400 *Clement. 2. de poen. declaratur.*  
 401 *Verbum, caret, priuatiuum est, & significationem negatiuam habet.*  
 402 *Verbum, decernimus, an sit noui iuris promulgatorium.*  
 403 *Metu facta de iure Ciuili an valeant.*  
 404 *Metu facta in acquisitionibus pratorijs, vel obligationibus non valent.*  
 405 *Matrimonium metu contractum nullum est.*

- 406 Metus actum nullum reddit, vbi consensus requiritur.
- 407 Cap. inter ceteras, 23. q. 4. quomodo intelligatur.
- 408 Firmum id dicitur, quod exceptione elidi non potest. & nu. seq.
- 410 Iuramentum consensum substantialem non firmat.
- 411 Iuramentum ad matrimonium vi praestitum an obliget. & nu. 415. infra.
- 412 Metus in omni contractu contra bonos mores inferitur.
- 413 Iuramentum libertatem non supplet.
- 414 Iuramentum an valeat, si quis coactus sit iurare, se talem in vxorem ducere.
- 416 Dos metu promissa an nulla sit.
- 417 Pacta metu facta non valent.  
Dotis promissio ex bono & aequo constat.  
Dolus bonae fidei est contrarius.
- 418 Votum metu factum an valeat.
- 419 Iudicium nostrum à vultu Dei pendere debet.
- 420 Obligatio & actio nascitur ex promissione tacita, & stipulatione roborata.
- 421 Iuramentum metu factum mero iure validum est.
- 422 Voluntas coacta de iure Canonico an sit voluntas.
- 423 Prorogatio iurisdictionis metu facta an valida sit.
- 424 L. 2. ff. de iudic. quomodo intelligatur.
- 425 Electio Episcopi metu facta an valeat.

426 Electio metu facta de certo genere personarum,  
an valeat. & nu. seq.

428 Argumentum de electione ad matrimonium va-  
let.

429 Matrimonium metu contractum quare non va-  
leat.

430 Metus non cadens in constantem virum matrimo-  
nium non impedit.

431 Libertus plena dicitur, qua metu impedita non  
est.

Voluntas cogi non potest. & infra sub nu. 434.

432 Matrimonium olim de precepto erat.

433 Tutor si metu auctoritatem prestat, actus nullus  
est.

Episcopus tutori equiparatur.

434 Vis si interueniat in his, in quibus voluntas requi-  
ritur, consentire non dicitur.

Consensus non est in his, que consensu perficiuntur,  
si vis interuenit.

435 L. 1. §. fin. ff. de aucto. tut. declaratur.

Corporis presentia non probat animi vel consensus  
assistentiam.

436 Vis dupliciter sumitur.

Actio in violentijs non ex parte passi.

Nullus peccat in eo, quod vitare non potest.

437 Vis quando non habeat necessitatem absolutam,  
sed compulsuam.

438 Presentia alicuius si requiratur ex forma statuti,  
si ligatus sit presens, nil agit.

439 Prælati si ob metum auctoritatem prestat, an  
valeat.

*valeat:*

440 *Testes inuiti si praesentes sint testamento, an valeat.*

*Actus omninò violentus de iure non valet.*

441 *Sententia metu lata an valeat.*

442 *Constitutum metu factum de iure Ciuili non valet.*

443 *Iniuriarum actionem metu remittens nil agit, & remissio non valet.*

444 *Fideiussor quare Ciuili obligationi sine naturali accedere potest, sed sola ciuili constitui non potest.*

445 *Contractus pignoris metu factus an valeat.*

446 *Ius Canonicum magis interpretandum est ex praetoris aequitate, quàm ex iuris Ciuilis rigore.*

447 *Dominium secundum ius Ciuile licet ex traditione metu facta transferatur, non tamen secundum ius naturale transfertur.*

448 *Intellectus ad l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iur. & ad §. singulorum, Instit. de rer. diuis.*

449 *Dominium de iure Canonico ex traditione metu facta ipso iure secundum Ioann. opin. transfertur.*

450 *Renunciatio beneficij spontanea esse debet.*

451 *Voluntas coacta in delictis, voluntas est.*

452 *Renunciatio metu facta an valeat.*

453 *Dominium quid sit.*

454 *Metu rem suam tradens, eam vendicare poterit. Aequitas particularis generalem vincit.*

455 *Alienatio rei Ecclesia metu facta an valeat.*

456 *Baptif-*

- 456 *Baptismus metu susceptus an valeat.*
- 457 *Iuramentum de iure Canonico metu factum, an valeat. & infra nu. 459.*
- 458 *Dolo malofacta, nec iure naturali, nec pratorio, nec Canonico valent.*
- 460 *Ius Canonicum in iuramento seruandum est.*
- 461 *Auth. sacramenta puberum, fuit summa religione formata.*
- 462 *Iuramentum quod sit nullius momenti, vel quod possit constringere, idem est.*
- 463 *Iuramentum duplicem obligationem habet.*
- 464 *Iuramenta Deo reddere veteris testamenti preceptum fuit.*
- 465 *Iuramentum obligat promittentem ipsi, cui promittitur, quando turpitudine versatur ex parte recipientis promissionem.*
- 466 *Vota metu facta quare nulla sint.*
- 467 *Ratio naturalis est lex diuina.*
- 468 *Bonum nullum nisi voluntarium, quomodo intelligatur.*
- 469 *Pollicitatio metu facta de iure Ciuili nulla est, & quare.*
- 470 *Actionem ex improbitate sua nemo consequi debet.*
- 471 *Metus in virum constantem cadens quis sit, & quomodo vir constans timere possit.*
- 472 *Metus mortis quando sit metus, qui in constantem virum cadere possit.*
- Intellectus ad l. metum, la. 1. ff. quod met. cau.*
- 474 *Iuramentum à iure Ciuili inualidari non potest.*

474 *Iuramentum metu extortum si contractui repro-  
bato adijciatur, ipso iure non valet.*

475 *Metus an impediatur iuramenti obligationem.*

466 *Metu iurans praesumitur animum obligandi non  
habere.*

477 *Mendacium praesumendum non est.*

*Verba consensum probant.*

478 *Periurium ex specie sua est mortale peccatum.*

479 *Homo à mendaci peccato non excusatur.*

480 *Mendax an venialiter, vel mortaliter peccat.*

481 *Mendacium quid sit.*

*Peccatum sine dolo non est.*

482 *Iuramentum in his, in quibus actus ex metu est  
ipso iure nullus, est etiam nullum.*

**I**USTITIAE, ac Iuris limina interpreta-  
turum, perquam utile foret, de iustitiae fi-  
ne, & eius principijs imprimis differere. Sed  
quonia ab eo incipit iustitia, & in eo quo-  
que concluditur, qui omnia in sese conti-  
net, quique solus iustus, & incomprehensibilis est, igno-  
ro quis humanus eam comprehendat, minusque scio,  
quis ipsa utatur. Nam ut Cic. quamvis alijs pudentior,  
hanc ipsam certè ignorans, ingenuè fatetur, nullam †  
iustitiae effigiem tenemus, umbra & imaginibus uti-  
mur, eas ipsas utinam consequeremur. Pauca igitur de  
re sublimi & inæognita loquar. Sed humanos oculos fe-  
rè caligatos à diuinis inferius retrahens, de fine iuris Cá-  
nonici & Ciuilibus præponere dignum duxi: sine nam-  
que cognito, rectè formabimus principia vera, ex qui-  
bus ad ipsum finem prouehamur, finem sanè veluti sa-  
gittarij signum habentes, quo dirigi proterdive oport-  
teat, facilius cognoscemus, ac Deum hic finis, alium, &  
secundum beatitudinis finem præparat & conciliat.

Sed

Sed à summo Patre exordiri oportet, vt cum ipso, & in ipso finiamus, qui seipsum principium, & finem optimum constituit, si igitur de more pius, & infirmam dirigat per vada nubila puppim.

† Itaque vt rectum cursum dirigamus finem præponere oportet. Veluti nauæ, qui antequàm nauem soluant, atque expeditam velis, & vento committant, constituunt portum, ad quem sit nauigandum: Deinde ad cursum necessaria, & conuenientia parant: Cognito enim sine determinantur principia, quæ tendant ad ipsum: Et hoc est quod philosophi dicunt, in omnibus agendis finem esse principium. Exordimur enim à fine, qui principiorū dicitur exordium. Verùm quia adhuc sub dubio pendet, an ius Canonicū & Ciuile ad eundem portū tendant, prius Canonicū iuris finē constituendum decreui. Finis itaq; iuris Canonicū situs est in humanæ vitæ felicitàte: hoc enim intēdit ius Canonicū, vt humanum genus in humana & politica felicitàte cōstituat, & ex doctrina Arist. i. Ethic. c. i. nobis cōstat. Nā Ethica, q̄ cōmensurat mores humanos, habet finē ipsam felicitàtē humanā † sed ius Canonicū ex vera iustitia cōmensuratur, & regulat humanū genus ad rectē beatēq; viuēdū vt ostendā. Ergo eius finis est felicitàs humana, & hoc idem comprobatur S. Doctōr prima secundæ q. 90. art. 2. vbi simpliciter legis finē constituit, et dicit, felicitàtem esse humanā, & idem tenet q. 95. art. 1. vbi omnium legū positiuarum finem intelligit felicitàtē eādem, quod iuribus Canonicis etiam comprobatur. Primò ex processu decretaliū, ibi, Rex pacificus. i. Deus verus pia miseratione disposuit sibi subditos fore pudicos, pacificos & modestos: Sed quoniam effrenata cupiditas omnia subuertit, nisi iustitia conatus eius reprimēret, ius humani fœderis ac inter homines concordia, extra mundi terminos exularet. Igitur idēdō lex perditur, vt talis appetitus noxius sub iuris regula limitetur, per quam genus humanum, vt honestē viuat, alterum non lædat, ius suum vnicuique tribuat, informetur, ita textus:

Ecce,



Ecce, quòd leges Canonice ad conseruationem fœderis humani, & ad eius informationem tendunt, nec certè in hoc differt à legibus Ciuilibus, quia ad idem tendūt, vt infra. † facit quod docet noster Isidor. in lib. 5. Ethic.

4. Factæ sunt leges, vt humana coërceretur audacia, tutaq; sit int. r improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio, refrenetur audacia, & nocendi facultas: quod etiam transcribitur in c. factæ, 4. distin. & in summa eadem dist. & vt dicit Augustin. in c. vt constitueretur, 50. dist. varia experimenta morborum cogunt nos multas inuenire medicinas. † Sicut igitur finis medicine est corporis sanitas, ita finis legis humanæ est mētes hominum efficere, & conseruaret sanas, vt Aristo. in princip. Ethic. facit c. cæterum, de iura. cal. Vnde Gregor. in c. si seculi, aliàs incipit, cum deuotissimam, 11. q. 2. quòd summum bonum in rebus est iustitiam colere, ac sua cuique iura seruare, & subditos coercere, & cæter. quodcunque igitur legibus Ecclesiasticis traditur, hunc debet habere finem, vt omnes benè beateque viuamus. Summo itaq; studio innitendū est, vt Canonica instituta obliquentur ab hoc signo ad ea vt ad sagittam posito, cum maximè Canones Græcè, Latinè regulas dicimus, & regula dicta est: quia rectè ducit, nec aliquando aliorsum trahat, vt idem Isidor, in c. canon, & in c. regula, 2. dist. exposui finem iuris Canonici.

6. † Quid autem de fine iuris Ciuilis? Respōdet eundem esse, vt Arist. 1. Ethic. & S. Doctor in d. q. 90. arti. 2. qui adducit Arist. 9. Ethic. vbi dicit, Legalia iusta esse factiua & conseruatiua fœlicitatis humanæ: iustæ igitur leges reddunt & conseruant humanam fœlicitatem. Idem sentit S. Doctor in quæst. 95. art. 1. & quæst. 64. artic. 2. & in eadem sententia fuit Marc. Tullius in lib. 2. Offic. c. de diuisione eorum, quæ ad vitam agendam pertinent. inquit enim: Per leges benè beateque viuitur. Item hoc probatur ex Auth. vt non luxurientur contra naturam, col. 6. vbi his verbis præfatur Legislator, omnibus hominibus, qui rectè sapiunt, manifestum

festum esse putamus, quod omne nobis est studium, & oratio, vt crediti nobis à Domino Deo, id est, nobis subiecti, benè viuant. Idem concipies in Authent. quomodo oportet episcop. in princip. vbi, eleganter prosequitur conseruationem generis humani: & idem colligitur in l. 2. de legib. vbi ex Demosthene summo Græcorū Oratore, & ex Crisippo sectæ Stoicæ sapientissimo, † lex est princeps malorum & bonorum, & regula iustorum & iniustorum, præceptrix faciendorum, & prohibitoria non faciendorum. Itaque tendit ad iustitiam vniuersorum, & immò dicebat Legislator in l. lege, C. de leg. hære. quod lege xij. Tab. benè erat humano generi prospectum: & hoc in emendationibus Codicis satis præfatur Legislator, cum ostendat se legibus suis omnibus subditis prospicere. Rursus dicit in l. 1. de vet. iu. e. nucle. quòd nihil tam studiosum in omnibus rebus inuenitur, quàm Legum autoritas, quæ & diuinæ & humanas res benè disponit, & quod medicamenta morbis, hoc exhibent leges negocijs humanis, in Auth. hæc constituit. innouat. in princip. collat. 8. Hoc igitur exploratum est, leges ciuiles ad humanam tendere fœlicitatem, vnde constat, eundem finem esse iuris Canonici & Ciuilis.

† Superest vt eliciamus prima principia, quæ cum ad eundem finem tendant, oportet vt eadem sint. Primum igitur principium ad consequendam fœlicitatem humanam, est ipsa ratio, quia bonum sequimur, & malum abijcimus, & ratio regitur ab vltimo fine, id est, ab humana fœlicitate: vnde quodcunque agendum est, debet mensurari, & regulari à ratione, qua bonum sequimur & ad finem, quo fœlices euadamus. Nam in quocunq; genere id quod est principium, est mensura & regula, quæ rectè tendit ad finem destinatum, & (vt Physici dicunt) primum motum esse primum principium, à quo omnes alij motus reguntur, ita à ratione morali omnia agenda regulari debent, hæc nihil differunt à Philosophis, qui ista tradunt: legibus tamen ea comprobati,

C

pri-

primum ex l. i. infra eod. ius est æquum & bonum, & ratio iuris consistit in separando æquum ab iniquo, licitum ab illicito: & tendit ad efficiendos homines nõ solum metu pœnarum, verum præmiorum exhortatione virtutis studiosos: ita text. Ecce vides principium legum esse bonum & æquum: estq; ratio, quæ bonum à malo discernit, quæ quidem ratio, quæ est mensura & regula humanorum actuum, tendit ad humani generis fœlicitatem, hoc ipsum probatur ex l. 2. de leg. inf. & in c. consuetudo, 4. distinct.

- 9 † At cum constet, primum principium esse rationem, qua apparet, bonum esse sequendum, & à malo fugiendum, ex isto principio inferuntur tres proximæ conclusiones, quod vnusquisque honestè viuat, alterum non lædat, ius suum cuique tribuat. Nam ad finem fœlicitatis generis humani ratio satis euidenter demonstrat, honeste viuendum, alterum non lædendum, ius suum cuique tribuendum. Quis enim ignorat, quod si ab omnibus humanis hæc præcepta obseruarentur, plurimū conferant ad generis humani fœlicitatem? Hoc ipsum probatur ex lege diuina, Deus enim verus in Euangelio inquit: Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, eadem facite illis. & dicitur in c. i. distin. i. quod ex hoc præcepto pendent leges & prophetæ. Hæc eadem comprobantur à Proœmio Gregoriano, vbi præsupponit, hæc esse præcepta iuris, super quibus ius Canonicum est fundatum, & eadem sunt iuris Ciuilis, vt in l. iustitia, de iust. & iur. & in §. iuris præcepta, de iust. & iu. Instit. In hac eadem sententia fuit Marcus Tull. lib. i. Offic. cap. de iustit. † inquit enim, Iustitiæ primum munus esse, ne cui quis noceat, nisi lacessitus iniuria. & præceptum est Decalogi, Diliges proximum ac teipsum, in c. dilecti, de maio. & obedient. Hæc itaque sunt principia, ex quibus omnes leges trahunt genus humanum ad veram fœlicitatem. Vnde ex superioribus dilucidè elicitur, omnium legum Ecclesiæ, & ciuiliū finem esse humani generis fœlicitatem, primum principium esse ipsam
- 10

ipsam rationem, qua distinguendo malum à bono, bonum prosequimur, præcepta esse inferiora & proxima illa tria, de quibus supra, vt honestè, innocenter, & sine iniuria viuamus, quæ omnia ad summam tetigi, & inferius de his latius.

† Superest videre originem, & deriuationem legis Canonice, deinde Ciuilib. Lex igitur Canonica deriuatur à lege naturæ, vel diuina, quæ nihil à natura differt, vt in c. qualiter, de accusat. el grande. vbi dicitur, qualiter prælatus debeat procedere ad inquirendum subditorum excessus, apparet ex autoritatibus veteris & noui Testamenti, ex quibus postea processerunt canonicæ sanctiones. † Ecce quòd ex nouo & veteri Testamento processerunt canonicæ sanctiones: quod Testamentum non differt à lege naturali, vt in c. 2. 1. distin. & in c. non est peccatum, §. his itaque, 6. distinc. & in c. sanè, §. fin. 9. distin. cum enim in naturali iure nihil aliud præcipiatur, quàm quod Deus vult fieri: & nihil aliud vetetur, quàm quod Deus non vult fieri. Deniq; cum in Canonica scriptura nihil aliud, quàm quod in diuinis scripturis, & legibus inueniatur, diuinæ verò leges naturæ consistant, patet, quòd quæcunque naturali iuri reperiuntur aduersa, diuinæ voluntati probantur contraria, & quæcunque Canonice scripturæ probantur contraria, eadem etiam videntur aduersari legi diuinæ & naturæ, ex qua Canonice leges constant: ita colligitur ex sententia illius c. facit text. in c. 1. distinct. 1. † quòd à

lege Evangelica dicuntur pendere leges, & in c. vt nostrum, vt Eccles. benè sine dimi. conf. vt nostrum pendeat de vultu Dei iudiciu. Ista eadem confirmantur à Theologis, vt S. Doctor 1. 2. q. 93. art. 3. & q. 95. art. 2. Hoc aut non solum intelligas respectu causæ formalis vel materialis. i. rationis, quæ debet esse in qualibet Canonica lege, q̄ si nō insit in lege, dicitur potius legis corruptio, vt inquit S. Doctor, sed etiam respectu causæ efficientis. i. Petri, & successorum in Ecclesia Dei, quibus super omnem animam est data potestas, vt in c. significasti, de

elect. in c. nouit, de iudic. in c. venerabilem, de electio. & in c. per venerabilem, qui filij sunt legit. & in Extrauag. Bonifacij VII de maior. & obedienc. cum mille similib.

14

† De legibus verò ciuilibus idem dicendum est: Nam omnespendent à lege naturæ, & in tantum habent de ratione legis, in quantum participant de lege æterna. Cùm enim lex non sit, nisi recta ratio, & mensura quædam, nisi rectitudinem habeat, non dicitur lex, & idè Isidoruseam, vt essentialem inferuit legi, vt in c. erit autem, 4. distinct. quod exemplo naturali oculis tuis subiicio: in omnibus enim quæ ordinatè mouentur, necesse est, vt virtus mouentis secundi deriuetur & pendeat à virtute primi motoris. Nam motor secundus non mouet, nisi vt mouetur à primo, quod in his inferioribus facillè colligimus. Certè à Rege vel Imperatore inferiores rectores Prouinciarum suscipiunt vim potestatis, & omnia quæ ab eis aguntur, nisi illa facultate fiant, non habet vim superiorem: ex quo intelliges, quod dicit Calderin. in c. 1. qui feud. da. pos. 1. col.

15

Quòd † Papa est pater patrum, & concurret cum omnì prælato in potestate & iurisdictione. & idè Ioan. Mon. in c. si eo tempore, de resp. lib. 6. Bald. in c. 1. col. 1. quis dicatur Dux vel March. in vs. feud. quod etiam in materiali artificio clarè ostenditur. Nam omnis res agenda per inferiores artifices pendet ab architectore ipso. Igitur cùm lex æterna sit ratio, quia supremus gubernator omnia diuina & humana regit, vt in c. gloriosus, de relig. & venerat. sanct. lib. 6. necesse est, quòd omnis ratio, ex qua ista inferiora gubernantur, à lege æterna deriuetur. A lege igitur æterna deriuatur naturalis, & à naturali canonica, & ciuilib. Vnde ab æterna lege nullo modo possunt discrepare. Tunc enim nec vim legis, nec rationem haberent, vt in c. quæ contra mores, 8. distinct. & dicit August. in lib. 1. de libe. arb. quòd in temporali lege nihil est iustū & legitimum, quod non ex æterna lege homines sibi deriuauerūt. quod in causa materiali.

teriali, & efficienti habet locum : & hoc est, quod dicitur Sapientia libro, Per me Reges regnant, & potentes discernunt iustitiam. & fatetur Imperator, quod Deo auctore, & eo gubernante Imperium, quod ab eodem est sibi traditum, est regendum, & omnem sibi spem esse in prouidentia Summę Trinitatis, l. 1. de vete. iur. enucl. & scriptum est in lege, Labijs regit Rex, † & cor Regis in manu Dei, & vbi voluerit inclinabit illud, vt in Epif. inter claras, de summa Trinit. & fide cathol. & Demosthenes apud Græcos Oratorum princeps, dicebat, Lex est inuentio quædam, & donum Dei. & Legislator in prædicta l. 1. §. neque, de veter. iur. enuclean. quod à nostro diuino fuerunt ore professa. & idem in l. 2. cod. tit. quasi ad principium ibi nostra quoq; Imperatoria Maiestas, si quid incertum inueniebat, cum numine cœlesti rectè emendabat. & ait August. super Ioan. quod iura humana per Imperatores & Rectores seculi Deus distribuit humano generi. Idem in l. benè à Zenone, in fi. C. de qua. præf. & in Auth. quomo. oport. episc. in princip. Leges igitur humanæ, & ipsa eadem humana potestas ab æterna lege habet deriuationem, quod æquè est in Canonibus legibus, quàm in Ciuilibus, vt idem S. Doctor, vbi supra. An autem Imperator imperium habeat mediatè vel immediatè à diuina prouidentia, vide per d. Extrauag. Bonifacij VIII. & in c. venerabilem, de elect. Sat sit conclusisse finem legum omnium humani generis, & earum originem, & deriuationem, & principia prima, ex quibus recta via ad verum finem tendimus.

16

† Nec hic curandum censeo de origine prima legum materialiter, nisi per rationem : nam quamuis aliqui antiqui authores tradiderint, Onomacritum fuisse primum legum ferendarum peritum, Aristoteles tamè hoc negat : fuit enim Lycurgus Lacedæmonijs legumlator, & Solon Atheniensibus, Zaleucus verò apud Sacros, & Carundas apud Carinenses, & ceteras ciuitates Calcidicas, & de his vide Aristot. 2. lib. Politic. in fin. vbi reliqua. at

17

Isidorus noster lib. 1. senten. credit, ius consuetudinis & ciuile habuisse originē ab eo tempore, quo dicitur Caym ciuitatem ædificasse, vt in c. 1. dist. iuncto c. fi. §. fi. 6. dist.

18

† Ex superioribus primò infero ad dicta Calder. & Domi. Abb. in Procem. Greg. qui docent, scientiā iuris Canonici partim subijci morali philosophiæ, quia de moribus tradatur, partim metaphsicæ & Theologiæ, quæ scientia est de Deo, & cælestibus: Nam ius Canonicū de Deo & cælestibus, & de ipsa beatitudine tractare videtur, quod secundum ipsos maximè patet in decreto, & per multa iura decreta Sexti, & Clementinarum, in c. 1. in fi. de sum. Trin. & fide cathol. in c. cum cōtingat, de iureiur. & in c. licet mulieres, eod. tit. lib. 6. & in c. quamuis pactū, de pact. lib. 6. Item tenet Dom. Abb. in c. 1. de iuram. cal. & in c. inter alia, de immunit. eccle. & in notab. & in c. filius, de testa. & alibi sæpè. Cum igitur partem ab ipsa Metaphysica, plura inferunt, Primū, quod scientia iuris Canonici non est mera practica, pro-  
ut scientia iuris Ciuilis, cum partim habeat speculationis ab ipsa Metaphysica & Theologia.

19

† Secundò inferunt rationem excellentiæ iuris Canonici ad ius Ciuile, dicunt enim quod habent se, vt anima & corpus, cum ius Ciuile tendat ad commune bonum, secundum quod conuenit humanæ societati: ius verò Canonicum non solum secundum quod conuenit humanæ societati ciuiler, sed etiam summū finem in Deum intēdendo, & vitam aliā expectando, & bonū commune sic sumptū, vt in Canonibus sumitur, non potest cōseruari per solam legalem iustitiā, sed vltra hoc requiritur quædam cœlestis amicitia, sine qua impossibile est hominem in Deum tendere. Sicut ergò potissima virtus, ad quam conatur ius Ciuile, est legalis iustitia, ciuilisq; amicitia, ita potissima virtus, ad quam conatur ius Canonicum, est cœlestis quædam amicitia, quam charitatem appellamus: ita dicebat Dom. Abb. securus Calderinum, quæ omnia referuntur translata à Ioān. And. in reg. peccatū. 9. col. de reg. iur. & fuerunt verba cuiusdam Theologi Senen-

Senensis, quem refert de verbo ad verbum ipse Io. Andr. & idem tenet Abb. in c. 1. 6. nota. de iuram. cal. & alibi sæpè. & vltimò infert, quid sit finis iuris Canonici, & in quo differat à legibus, quæ omnia veniunt altiùs exaranda.

20

† De primo itaq; dubitandum est, an Canones metaphysicæ aliter subijciantur ac leges? Dubitationis hanc causam habeo, quòd quamvis Canones subijciantur iuri naturali & diuino, & de vtroq; Testamento habeant processum & originem, vt in d. c. qualiter, de accusat. tamen talis processus non aliter pender, nisi quoad moralia, id est, in his, in quibus ius in moribus versatur, qui cætera non sunt iuris, & in his, quæ iuris non sunt, ius ab alio nec procedi, nec pendere potest, hoc à seipso patet, & probatur in c. non est peccatum, in d. §. his itaque. 6. distin. vbi non omnia, quæ in Lege & Euangelio sunt scripta, pertinent ad ius naturale, sed ea tantùm, quæ moralia sunt, vel etiam mystica, dum tamen ad moralem intelligentiam conuertantur. Igitur vt ad ius naturale pertineant, necesse est, quòd in moribus versentur. † Ea enim sunt de lege naturæ, quæ recta ratio naturalis homini ostendit facienda, vt in c. ius naturale, 1. dist. & dicam latiùs in l. 1. §. ius naturale, infra eod. Ius igitur naturæ in ratione practica consistit: & ita tenet sæpè S. Doctor, maximè prima secundæ q. 9. artic. 2. per tot. Nec obstat, si tu dicas aliqua esse iuris Canonici, quæ non sunt iuris naturæ: nam virtualiter, & propter dependentiam esse non potest, nisi quis omnia quæ sunt iuris Canonici, sint legis naturæ, vt in c. filius noster, de testa. & in c. sanè, §. si. 8. dist. & Io. Andr. in reg. possessor. de reg. iur. in 3. col. vers. sciendum ergò. & S. Doctor in 2. q. 92. art. 1. vers. respondeo dicendum. & q. 90. art. 1. vbi concludit, quòd semper lex est aliquid pertinens ad rationem practicam. i. moralem. Nec credas, quòd ibi non loquatur de lege Canonica: nam ipse non facit differentiam in his, inter leges Canonicas & Ciuiles, prout facere nõ debet, sed loquitur de lege positiuo.

21

C

4

Rur-



Rursus hoc probatur, quia superius ostendi, eundē esse finem iuris Canonici & Ciuilis, eadem esse principia, & ab eodem iure naturali, & lege æterna derivata. Malè igitur præsupponitur, ius Canonicum aliter supponi Meraphysicæ, quàm ius Ciuile.

Nec obstat liber Decretorum, in quo plura de beatitudine. Nam quamuis & in Decretis & Decretalibus de beatitudine aliquid dicatur, hic intentus non est proximus, sed est posterior, ad quem ex fine legum tendimus. Nullus enim fidelium, quibus iam veritas est nota, negabit summū bonum in beatitudine cœlesti consistere. Idè enim mortales nascuntur, vt benè viuant, ac ex hoc cœlestem & perpetuā beatitudinem mercantur. † Sed ius Canonicū & Ciuile habent finē, vt genus humanū rectè viuat, & hic finis est medium, ex quo consequimur summam bonum. Ex legibus enim particularibus omnes conseruantur, & ex conseruatione particularium conseruatur genus humanū, & ex vera conseruatione & fœlicitate humana consequitur deinde vitā æternam. Proximus itaq; legum posituarum finis hic est, vt spiritus noxius sub iuris regula arceatur. Quod satis clarè ostendunt proœmium & principia iuris Canonici. Nam in Decretalibus incipit ab institutione Dei, Rex pacificus, pia miseratione constituit, & reliqua, & tamen ipse etiam Deus, qui est æternæ beatitudinis largitor, hunc exposuit legibus finem, vt genus humanum in pace & iustitia conseruetur, vt testatur ibi Gregorius, & idem ostendit proœmium Sexti, & proœmium Clementinarum: & vt in princip. dixi, qui benè exordiuntur. quamprimū exponunt finem quò tendant. Et cū principia & proœmia iuris Canonici nuncient nobis finem gubernandi subditos recta ratione & iustitia, vt quietè & pacificè viuant, constat dilucidè hunc esse finem, nec alium inueniet ille Theologus Ioan. And. Calderinus, aut Dom. Abb. Rursus hic ponitur finis etiā in lib. Decretorū, qui his verbis exorditur: **Humanū genus duobus regitur, naturali videlicet iure,**  
& mo-

& moribus &c. Regimen igitur humanum est legum finis. † Nec obstat c. cùm contingat, & c. licet mulieres, cum similib. vbi à iure Canonico cauetur, ne animæ peccato pereant, vt in c. fina. de præscript. & in c. fin. de de consuet. Nam consideratur ibi, aliter conseruandas esse animas, quàm constet ex principijs iuris naturalis, quæ quidem principia euitant peccatum, vt in eo. c. fin. & patet, quia peccatum est, quodcunque commissum contra dictamen rectæ rationis, quod prouenit à lege naturæ, vt tenent Theologi, quod satis probatur ex eo. c. fin. de consuetud. Et ex eod. c. fin. † vbi nec consuetudo nec lex valet, si sit nutritiua peccati. Igitur de natura legis est, ne habeat peccatum. Imò omninò obuiat peccatis, quod probatur, eò quod descendit, & habet vires à lege naturali & diuina, vt in c. quæ contra mores, in fin. 8. dist. & de eius essentia est, vt habeat rationem, at cùm ratio & peccatum pugnent, vt suprà, necesse est, vt lex sit contra peccatum, & mirandum est, quod in hoc Doctores nostri velint facere differentiam inter ius Canonicum & Ciuile, quod ius canonicum obuiet peccato. Nam eodem modo obuiat ius ciuile, cùm lex sit correctio peccatorum, vt dicebat Iuriconsultus in l. 2. de legib. & legislator idem asserit in Auth. vt hi qui obligatas, col. 6. vbi legislatori magna cura est, ne peccandi vlla occasio relinquatur, & satis luculenter ostenditur in l. 1. in princip. de vet. iur. enucl. vbi fatetur à summæ Trinitatis prouidentia legibus componere, & gubernare Imperium, in nihilo igitur in hac generali mentione, differunt leges à canonibus.

23

24

† Nec obstat c. 1. de summa Trinit. & fid. Cath. in fi. Nam fateor, quod per fidem rectam, & bonorum operum actionem meremur ad æternam beatitudinem peruenire. Nec sine fide potest quis saluus fieri. Tamen ex hoc non sequitur ius Canonicum subijci Metaphysicæ, aliter quamuis ciuile. Nam iure determinata fidei præcipiuntur, non tamen determinantur, & idem cauetur in l. 1. in fin. de summa Trinit. & fid. Cath. C. vbi diuina

25

vindicta plestuntur hæretici, etiam pœnis imperialibus. Et sicut in iure Canonico habemus titulum de summa Trinitate ad præceptum, ita etiam in legibus. Sicut igitur iure Canonico cogimur tenere fidem Catholicam, vt per totum titu. de hæret. maximè in c. vergentes. & in c. cùm secundum leges. eod. tit. lib. 6. ita iure ciuili, vt in l. 1. & in epistola inter claras. C. de summa Trinit. & fide Catho. in l. veluti. de iust. & iur. infra, & per totum titulum de hæret. C. aduerte tamen ne decipiaris † quòd quamuis iure credamus, id est, quamuis Christianus iure compellatur tenere veros fidei articulos, tamen iure non credimus, id est, iure non discernuntur articuli, & quæ pertinent ad fidem, nec ius versatur in ipsa, vt etiam ipsa nominis significatio demonstrat. Nam fide tenemus quod humana ratione comprehendere non possumus, & in hoc versatur fallacia Doctorum.

† Item si quis opponat, plures subtiles disputationes esse insertas in decretis, maximè de consecratione di. 1. & 2. & reliqua. Responde, quòd inferuntur talia iura, vt determinationes iam ab Ecclesia approbatæ, non tamen quòd iure determinantur. Et eodem modo responderetur ad c. maiores. de Bap. in princip. vbi Papa cognoscit de dubijs fidei. Quod intellige ex sacra scriptura, & scientia supernaturali, quæ ex cœlo nobis fuit immissa, vt inferius ostendam, non tamen iure, quod ratione naturali constat, & intellectui nostro naturaliter subijci potest.

† Rursus ego considerabam, quòd ius Canonicum maximè salutem animæ æternam considerat, vt in d. c. quamuis. & in c. eùm contingat. de iureiur. cum similibus ibi, sine periculo salutis æternæ, & in c. final. de consuetu ibi, quantò diutius infœlicem animam detinet alligatam. Et in c. vt animarum. de consti. ibi, vt animarum periculis obuietur. item patet: quia Papa habet iurisdictionem spirituales, id est, super concernentibus animam & spiritum, cui quoad ista omnis  
anima

anima subijcitur, vt in c. solitè. de maio. & obed. & not. maximè per Innocent. in c. 1. de const. & in c. quod super his. de voto & voti redemp. fiet enim vnum ouile & vnus pastor, Ioan. 10, cap. & refertur in c. fina. de baptis. & alibi. Ego non veni nisi ad oues quæ perierunt de domo Israël. Cùm igitur verus legislator noster Christus, sit † salutis æternæ auctor, & ad redemptionem humani generis, humanam carnem assumpserit, vt in Clement. si Dominum. de relig. & veneratio. sanctor. & eam curam, quam ad salutem æternam generis humani habuit, Petro eius Vicario commiserit, necesse est quòd leges Petri & successorum ad eandem salutem tendant, ad quam fuit sibi concessa potestas, & dicebat S. Doctor in libr. de errorib. Græcorum. cap. 72. quòd de necessitate salutis æternæ est subesse Romano Pontifici. Nec Ecclesia corpus ligat, sed animam, vt in c. cùm non ab homine. de iudic. & reliqua.

29

At ego video, quod nec Cicero, nec Aristoteles cognouit beatitudinem, & æternam salutem, in qua consistit finis verus, cùm sit summum bonum, vt infra igitur non rectè concludebamus ex Cicerone & ex Aristot. quem sequebatur Beatus Thomas, quòd verus finis legum humanarum sit humana fœlicitas, cùm cum finem, quem Canones cognouerunt, ipsi ignorassent. † De Aristotele patet, qui summum bonum constituit in virtute cum honestate. Et Cicero autem cum Stoicis in sola virtute. Sed vtriusque est errata opinio, cùm ipsa virtus non sit id, ad quod peruenitur per ipsam. Absolum enim est, vt per eandem ad eandem deueniamus. Media quippe non sunt fines, sed sunt causæ, ex quibus ad fines prouehimur. Nam secundum Beatum Dionysium, lex diuinitatis est infima per media in suprema reduci, & vt dicitur in extrauagant. Bonif. Octau. de maio. & obedi. secundum ordinem vniuersi non sunt omnia immediatè, sed per media reducuntur ad ordinem & finem. Virtutè igitur, & labore ad  
sum

30

summum bonum, quod in arduo positum est, est in-  
nitendum, & perueniendum, ipse tamen labor & vir-  
tus non est summum bonum, quod facile intelligi po-  
test, cum virtute adhuc aliud appetamus. Sed cum nec  
Stoici, nec alij sectatores, nec M. Tull. nec Aristot. æter-  
nam vitam, & verum & summum bonum naturaliter  
cognouissent, ignoto fine mediæ virtuti, quæ per se bo-  
na est, finis, id est, summi boni nomen, substituerunt.  
Nec certè in ipsa veritatis adumbratæ ignorantia alte-  
ri, quàm virtuti tale nomen congruentius substituere  
potuerimus. Rursus aduertas, quod honestas ab Arist.  
virtuti addita, nihil facit ad veram fœlicitatem: † nul-  
la enim virtus potest esse inhonesta, vt M. Tull. in Para-  
doxis, nec ab honestate, quæ populi extimatione con-  
stat, potest pendere vera fœlicitas. Quid enim error, &  
nequitia hominũ, vir bonus malus extimatur? vel econ-  
trà malus, bonus. Deus enim, in quo æternum bonũ &  
summũ consistit, nostris erroribus non inuoluitur, nec  
ei absconditur veritas, vt in c. à nobis, de sent. excomm.  
& in c. nouit. de iudi. Vnde constat honestatem, quam  
proponit Aristoteles nec ad finem, id est, ad summũ bo-  
num facere, nec ad media, ex quibus consequitur perti-  
nere. † Sed Aristot. de humana fœlicitate, & politica  
loquebatur, tamen ferè ad imaginem veritatis tradu-  
ctus 10. Politico, veram fœlicitatem constituit in con-  
templatione, & cognitione substantiarum separatarũ,  
& in ipsa Metaphysica, quia verò æternam vitam igno-  
rabat, eam non rectè constituit in vita humana, in qua  
nos certum habemus humanum hominem naturaliter  
beatitudine frui non posse. Et ita dicebant Entisber, &  
Scotus in proœmio sententiarum, quæst. 1. quod homo  
naturaliter non potest scire finem suum distinctè, sed  
est necessarium sibi tradi aliquam cognitionem spiri-  
tuale, ex qua Christicolæ sumus illuminati clemen-  
tia, & pietate æterna.

Nec obstat, quod vulgares Physici improbè sunt di-  
cere soliti, Aristotelis opinionem esse veram ex natura-  
libus

libus principijs, quasi natura ostendat falsum esse, quod verum est. Si enim vitam æternam & beatitudinem Deus constituit iuste & religiosè viuentibus, quod iam nos verum tenemus, quomodo ex veris naturæ principijs hæc ipsa veritas subuerti poterit? Certè error est maximus, non in ipsa natura, † quæ cùm à Deo constet, non potest cum ipsa veritate pugnare, vt in c. sana. §. fi. 9. dist. sed in docētibus naturalia, qui hæc ipsa, vt sibi abscondita sine lumine spiritali comprehendere nequiverunt, vt ipse idem Aristoteles fateri videtur 1. Ethic. c. 14. cùm dubitare videatur, an mortuo quoque homini est malum, & bonum, & idè dicebat, quod cùm ei possint contingere quandoque filios malos, quandoq; bonos, in mortuis non est danda fœlicitas, ne sit hoc absurdum, vt modò sit fœlix, modò infœlix: Vnde in virtute hominis, quæ vitam non ex casu, sed ex seipsa metitur, posuit fœlicitatem. Sed si ipse Aristo. ex virtute cognouisset constitutam esse vitam æternam, non his disputationibus se inuoluisset. Hac enim veritate cognita nulla est de vero fine disputatio.

33

Eodem modò semel respondebam cuidam Theologo, qui se Philosophum profitebatur, & ex philosophiæ naturalibus principijs dicebat ab æterno: ego inquam quid tu tenes, aut qua ratione, ipse respondebat se tenere mundum non esse ab æterno, quia ita constat ex diuinis institutis. Rursus inquit, quid est hoc, quod philosophiam appellas, dicebat rerum esse cognitionem à veris naturæ principijs, ego mirabar, & miror, quam parum hi rerum veri cognitores sibi constant. Si enim ex his, quæ diuina lege nobis tradita sunt, mundum creatum fateri oportet, vt Genes. cap. 1. Principia ex quibus infertur mundum nō esse creatum, non possunt esse vera, † quia natura & diuinæ leges non discordant, sed sibi constant, vt in d. c. sana, 9. dist. Cordatius itaque dicitur non à Philosophiæ veris principijs, sed ex principijs ab Arist. traditis mundum non esse creatum, quia verum non est, quod ex veris naturæ principijs mundus probe-

34

probetur ab æterno creatus, Physici enim cùm alia ignorent, videntur astricti Aristot. principijs Sed prudentior fuit Socrates, qui post Phylitam per multos annos elaboratam, fertur dixisse, quæ supra nos, nihil ad nos. At cùm nullam veram cognitionem nec laboris fructû vidisset, ad Ethicem, id est, moralem Philosophiã totus se trãtulit, & nos, qui forsã nimise euagati sumus, idẽ faciamus. Videtur igitur ex superioribus, quòd iuris Canonici imperium & finis sese ad æternam vitã contendat. Nam hic situs est verus spiritualis fidelium finis.

Respondeo, quòd cùm lex Canonica pendeat à vera Ecclesia, quæ ex institutis diuinis cognoscit verum finem, ad quem homo est creatus, scilicet ipsam beatitudinem, quæ quidem beatitudo nobis est parata clemẽtia diuina, si rectè vixerimus. Ecclesia igitur constituit ius Canonicum hoc fine, vt genus humanum rectè viuat, vt etiam ex hoc fine consequamur veram fœlicitatem æternæ vitæ. Finis igitur primus est, vt humanum genus quietè, iustè, & pacificè viuat, vt in dictis procemijs supra satis: hunc tamen finem desideramus, vt consequamur beatitudinem, vnde aduerte, quòd cùm hic primus finis contendat ad secundum, omnia quæ pertinent ad finem rectè viuendi, necesse est ne contingant periculum æternæ vitæ, † & hic est, quòd ius Canonicum cauet, ne quoquomodo in periculum salutis æternæ incidamus, vt in d. c. vt animarum. & in d. c. cùm contingat, cum similibus. Deus enim æterna sapientia homini ad imaginem suam formato, constituit vitam æternam, sed his medijs constituit, vt homo, cui ad imaginem suam iustitiam dederat, iustè, pacificè, & modestè viueret: dum verò iustitia arbitrio hominis concessa, humana cupiditate est euersa legibus humanis appetitui noxio prouisum est, vt humanum genus ad iustam vitam reducat, & hic est finis legum, vt colligitur ex procemio Gregoriano. Itaq; cùm hic finis sit medium ad æternã vitam, media debent recta via præterdere ad ipsum finem. Regenda sunt igitur præcepta moralia,

ralia, vt semper conforment cum conuenientibus salutis æternæ. † Vnde si qua lex Canonica vel ciuili nutrit peccatum, non habet legis vigorem, vt in c. si. de præscri. nec lex dici potest, de cuius essentia est ratio ipsa, vt in d. c. erit autem. at ratio peccatū inducere non potest, vt in d. c. si. de consuet. & de his supra. Constat itaq; qd lex naturalis & Canonica vrget homines ad vitā recte ducendam, nec aliter vrget, quā conueniat fini æternæ salutis. vt etiā constat in Auth. vt hi qui obligatas. col. 6. vbi lator legis ciuili summā habet curam, ne subditi in peccatum incidant: Idem in Auth. quomodo oporteat Epif. iurēt. Auth. vt clerici apud pro. Epif. vbi eo modo considerat summo studio conseruationem generis humani, quo conueniat felicitati æternæ, et saluti animarū.

36

† Secundò principaliter infero, contra ea, quæ dicit, Io. And. in reg. Possessor. de reg. iur. in mercur. in 6. col. vbi ex eodem fratre Gerardo Theologo Senense ordinis Hæremitarū refert, quòd iure ciuili valet præscriptio etiam ex possessione malæ fidei, in qua re plura cōcludit. Primū est, quod ius ciuile habuit in inducenda præscriptione duplicem finem scilicet negligentia puniendi, & finem litibus imponendi, qui quidem fines maximè conueniunt ad humanam societatem, idè talis præscriptio est permissa, ita ipse in versu. sciendū est. † Ego verò tali sensui consentire nō possum, & primò considerabam præscriptionē esse iuris positiui, vt idē Doct. fatentur in d. reg. possessor. 3. col. ver præscriptio est. Definitur enim præscriptio secundū ipsos, esse ius quoddā ex tempore congruens, legum auctoritate vim capiens & reliqua, nec disputo definitionem, fat est iuris esse, quia à iure capit substantiam. Nam ius introducit, vt longo tempore rem possessam acquirere possem, vt notat in l. i. ff. de acquiren. rer. dom. & per totum cod. tit. in decretalibus, & in pluribus titulis &c. Si igitur habet substantiā à legis auctoritate, lex non habet auctoritatem, vt eā in malæ fidei possessore introducere possit, quia ex hoc ipso oritur peccatū, & dū ex lege sequitur aliquod peccatum, non est lex, non habet suam authori-

37

38



39 tatem, quæ ex iustitia sibi conceditur, vt supra, quod in eodem casu p. obatur in c. fina. de præf. vbi in Synodo definitum est, † vt nulla valeat absque bona fide præscriptio tam Canonica, quàm ciuilis, cùm generaliter sit omni constitutioni ac consuetudini derogandum, quæ absque mortali peccato nō potest obseruari, ita tex. Ecce, quod lex inducens præscriptionem malæ fidei possessoris nō potest obseruari sine peccato mortali, an autem ad talia inducendum lex habeat auctoritatem, ceretè Bart. sententia non habet, quia à Deo habet potestatem, quam Deus non largitur ad peccandum, ita Bar. in l. omnes. C. si cont. ius vel vti. pub. & in l. omnes populi. inf. de iust. & iur. & talis legislator potius dicitur errare, quàm legem condere, vt in c. sunt quidam 25. q. 1. Nam cùm data sit sibi auctoritas à lege æterna, talis potestas est ordināda ad euitanda ea, quæ sunt cōtra eandē legem, nō ad statuendū ea, quæ sunt æternæ legi aduersa, in c. quæ cōtra mores, 8. dist. & in c. Iulia. & in c. qui resistit. 11. q. 3. & itatenet Dom. Ant. & Do. Abb. in d. c. fi. 4. nota. Constat igitur legis auctoritatem deficere, vnde nulla est præscriptio etiam ciuilis, vt dicebat textus ibi.

Nec obstant fines puniendi negligentia & dirimendi lites. Nam hi fines ita sunt adaptandi, quod ex illatione earum non inducatur peccatum. Nam tunc degenerant à principijs primis, ex quibus oriuntur tales fines. Cùm enim à lege æterna omnis finis iustitiæ habeat derivationem, non potest rectè deduci, nisi eo modo.

40 quo semper æternæ legi conueniat. † Et hoc est quod dicebat S. Thomas, 1. secundæ, q. 93. art. 3. quod nulla est lex, quæ non participet de lege æternæ, vel etiam nulla est illa lex, quæ aliquo modo peccet in illam, vt in d. c. quæ contra mores, cum simil. Rursus cum Ioan. And. cum fratre Gerardo subiungit, quod quamuis ius ciuile, vel quodlibet aliud ius non possit aliquid iniustum & iniquum inducere, illud tamen quandoque permittit propter aliquod bonum & iustum, quod inde potest elicere, sicut in proposito permittit, quod præscriptio

cx

## IVR. CIVIL. ET CANON.

ex mala fide, & iniquitate procedat, ut per eam duplicem finem eliciat. Hoc autem idè facit, quia ius civile cum intendat pro ultimo fine conservare civilem societatem, huic fini maximè deseruit negligentium punition, & litium determinatio. Idcirco magis debet intendere, ut negligentiam puniat, & lites dirimat, quam ut iniquitatem præscriptoris corrigat vel remaneat. Nam magis ad ius civile spectat illius duplicis finis æquitas prosequenda, quàm istius præscriptoris iniquitas corrigenda hucusque præfati clarissimi viri.

Imprimis ex hoc collige, quam obfoporati hæc scripserint. Nam ipsi fatentur, quod nullum ius potest inducere aliquid iniustum & iniquum & certè veritatem in hoc ipso profitentur, ut supra. † Quæramus igitur ab ipsis quo iure sit inducta præscriptio in malæ fidei possessore, si dicant iure naturæ, falsum dicerent manifestè, si iure Canonico, æquè falsum, ut utrunque probatur in d. c. fi. Igitur inducitur à lege Civili. At si ex sensu eorum dicas, quod non est inducta, sed permissa, falsum etiam diceres. Nam acquisitio per præscrip. vel suspensionem est inducta iure civili, ut Instit. de vlucap. in princ. & not. in l. i. de acq. rerum dom. ff. & ipsi idem fatentur, cum in definitione dicatur, quod præscriptio legum auctoritate vim capit. Ecce quod præscriptionè lex civilis inducit, sed malæ fidei possessio est iniqua ex confessione eorum. Igitur non potest eam lex inducere, ut etiam fatentur, & quamvis sua confessione videantur conuicti, sed etiam ex mente c. fina. de præscript. satis constat, quàm facilè argui possunt, ubi improbat possessio malæ fidei, & dicitur etiam non valere civilem præscriptionem ex mala fide, & ex hoc inferre non valere leges civiles, quæ sine peccato observari non possunt. Igitur illa civilis præscriptio aliàs habebat valorem à lege, quia non derogaretur lex, nisi fomentum vellet præstare præscr. Vnde fateri oportet præscriptionem esse inductam à lege & iniquam esse, & idè nullam.

D

† Item

## TRACT. DE VLT. FIN.

50
 Item peccare videntur, dum docent, quod iniustum, & iniquum potest permitti, propterea quod ex permissione sequatur bonum. Nam naturalis & iustitiæ regula aduersatur, † quia quod in se naturaliter improbum est, non potest iure permitti propter aliquid bonum, ut in c. super eod. de vsur. & ibi gloss. & not. in c. non magno. ne cleric. vel monach. & ibi Hostien. & idē Ioán. And. & Abbas. Nam quamuis malum minus tollerari possit propter maius malum euitandum, ut in c. si quod verius, 33. quæst. vbi Aug. consuluit minus peccatum, ut euitetur maius, tamen quod in se malum est ipsa natura, non potest maximè iure permitti, ut in d. c. super eodem, & in c. non magno, vbi cum his Doctoribus Dom. Abbas concludit, quod etiam ex dispensatione permitti non potest, si dispensator in re, quam permittit, auctoritatem non habeat. Sed in nostro casu ad talem præscriptionem malæ fidei non habet legislator auctoritatem, cum mala fide possidens rem iure naturali alienam, eodem iure naturæ habeat conscientiam læsam, & eam teneatur restituere, ut in dicto c. fin. Ergo sequitur, quod talis præscriptio non potest permitti.

43
 Item quod fini legis Ciuilis magis conueniat puni-  
 nitio negligentia, & litium determinatio, quæ prouenit ex præscriptione malæ fidei, quam correctio iniquitatis possidentis, videtur certè falsum ex quo eadem lex est nulla vera iustitia, ut in d. c. final. ergo non erat rectè adaptata fini legum. † Nam illa est optima lex, quæ in finem legum, id est, humani generis felicitatem recto tramite tendat, ut in d. proœmio Grego. Cùm igitur ex hoc ipso, quod talem præscriptionem admittat, dicatur nulla: Ergo in hoc ipso non se habet conuenienter ad finem legum, quod ea ratione est, quia prout de essentia legis est, ut participet, & habeat derivationem à lege æterna, ut S. Doctor in d. 93. quæstio. & suprâ satis expressè, ita necesse est, quod finis legum conueniat cum pertinentibus ad vitam æternam, quia

ex

IVR. CIVIL. ET CANON.

ex lege æterna ideò iustitia homini constituta est, vt per eam adipiscatur æternam beatitudinem. Leges igitur, quæ coercerent, ne ab audacia, & appetitu improbo iustitia impediatur, debent conuenire cum his, quæ pertinent ad vitam æternam, vt etiam superius dicebam.

† Item iniquitas mala fide possidentis est ad eò detestabilis, vt possessor sit in peccato mortali, & possessio malæ fidei habet rationem furti, quia rem alienam scienter inuito domino tractat. Vnde talis possessio est contra ius naturæ, vt in l. i. ff. de furt. in princip. Instit. de obligat. quæ ex delict. nasc. At negligens rem suam non peccat, quantum res alienas vsurpans, probatur, quia non peccat mortaliter, finge quod ignorabat rem suam esse, vt quia successit testatori, cuius bona ab alio possidebantur, quia sciebat ea esse hæredis, certè possessor peccat mortaliter, cum habeat conscientiam rei alienæ, vt in d. c. fina. & in regul. peccatum. de regul. iuris, libr. 6. hæres verò est sine peccato, vt in c. cum voluntate. de senten. ex l. qui iniuriæ. ff. de furt. in c. contra animum l. di. cum sequenti, & generaliter negligens rem suam non facit æqualem iniuriam, ac si alienam vsurparet, vt potest videri in soluente vsuras ex promissione, ex qua soluere non tenebatur, & patet in hac ipsa præscriptione in c. vigilant. de præscriptio. & in d. c. fina. Conuenit igitur fini legum corrigere peccatum possessoris potius, quàm negligentis. † Quia 45  
finis vniuersalis legum est corrigere peccata, vt dicebat Demosthenes, & refert I. C. in l. 2. ff. de leg. 2. & in c. factæ sunt. 8. distinct. Nec obstat finis puniendi negligentes res suas, ne lites oriantur, sed terminentur, nec debent lites terminari iustè, non iniuria subditorum, nec iustitia patitur, vt eo modo terminentur, vt ex determinatione oriatur peccatum, quia talis determinatio non esset iusta, vt in c. fin. & in c. cum contingat. de iureiuran. & in c. licet. co. titu. lib. 6.

D 2

† Rursus

- 46 † Rursus id considera quòd peccatum malæ fidei possessoris est contra proxima principia legis naturæ. Nam ferè in primis præcipitur nobis, ne alteri faciamus quod nobis fieri nolumus, & vt alteri faciamus, quod nobis fieri volumus. Ita præcipit Christus ipsius naturæ author, & dicitur in c. fi. i. dist. quod hinc pendent leges & Prophetæ, sed ego video quòd detestabiliora sunt peccata contra prima legis naturæ præcepta, quam peccata, quæ sunt contra conclusiones, quæ ex his deriuantur, & ita dicebat S. Doctor, quarto sent. dist. 33. q. 1. art. 1.
- 47 † vbi dicebat consuetudinem non valere contra prima præcepta naturalia, quia illa inuiolabilia sunt, vt in §. sed naturalia, Instit. de iure nat. gent. & ciuil. & l. has obligationes. de cap. diminut. in c. final. de consuetud. Valere tamen consuetudinem cõtra conclusiones, quæ ex præceptis inferuntur, quod ex eo constat, quòd omnis lex infertur à præceptis naturalibus, vt in d. c. 1. distin. 1. & tamen contra legem ciuilem vel Canonicam valet consuetudo, vt l. 2. C. quæ sit long. cons. & in d. c. final. de consuetu. Igitur ne peccetur contra prima præcepta, attentius prouidendum est & diligentius, quam ne peccetur contra conclusionem, quia prima præcepta rectius, & patenter tendunt ad verum & destinatum finem: conclusiones tamen quandoque deuiare possunt, vt S. Doctor 4. Senten. distinct. 33. artic. 2. quod latè videmus in aliquibus legibus, quæ quamuis videantur habere derivationem à primis principijs naturalibus, quandoq; tamen falluntur, & tendunt aliorsum, vt est videre in legibus, quæ præbent actionem vsurariam, & in hac eadem præscriptione malæ fidei possessoris, & in pluribus alijs, quæ vt inualidæ quandoque non tenentur, quòd etiam ex omni materiali ostenditur. Nam si ad hostia Tiberina nauè deducas, traijciendam in Carthaginem nouam, principio iustus recta in viam prosequeris, deinde cùm à portu longè secedis, forsan aliquantulum obliquaris. Sic igitur prima principia dilucidius et constantius tendunt ad finem, quàm conclu-

conclu-

conclusiones, quæ longè à principijs deducuntur. Cùm igitur pøssessor malæ fidei peccet contra primum principium, quia alienum iniuste possidet, & suum cuique non tribuit, dicendum est magis, & diligentius prouidendum, ne mala fide præscribat, quam ne quis nõ possideat, negligatur rerum suarum inquisitionem, quia ista negligentia remota consideratione venit corrigenda. Quod totum satis clarè colliges ex c. vigilanti. de præscript. vbi vigilantius cauendum est, ne quis alienas res mala fide possideat, quam ne quis suarum inquisitionem negligat, & idem pater in d. c. final. vbi quia lex ciuiliſ econuersò prospexit, dicitur nullam esse.

† At si dicas non esse nullam, quia ibi derogatur, dicas derogari prout est facti, & male obseruabatur, non prout est iuris. Ius enim ratio est, & rationi non potest inesse peccatũ, & ita exponebat Do. Abb. ibi, ex his apparet, quòd lex ciuiliſ admittens præscriptionem malæ fidei, vel eam inducens, non valet, & ita communiter tenetur per Doctores in d. c. fina, & tenere oportet per superiora. † Rursus si dicas, quod secundum ea lex ipsa ciuiliſ malè processit, fateor. Nam degenerauit à veris iustitiæ principijs, nec rectè tendit ad verum finem, idèò non est constitutio, sed destitutio verius appellari potest, vt in c. fina. de reb. eccl. non alien. & de his latius inferius. Contingit igitur domjno Ioan. And. & illi clarissimus Theologiæ magistro, vt illis euenire tolet, qui iniustis legibus iusta principia tribuere volunt.

† Addunt idem rursus quatuor rationes, ex quibus in hoc casu ius Canonicum à ciuili discordat. Dicunt enim in præscriptiõe rei mala fide possessor, est aliquod iustum & prosequendum, & aliquod iniustum, & prohibendum. Est enim iustum, vt vnusquisque res suas cognoscat, & recuperet, ne sint in incerto, & detur materia litium, est iniustum ex parte præscribentis mala fide. Cùm igitur ista duo non possunt fieri per idem

ius scilicet, vt prosequatur præscriptionem, & eam prohibeat, & cùm ius Canonicum & ciuile se adiuuent, cùm sint fundata super eodem iure naturali id quod omisit ius ciuile scilicet. Prohibere præscriptionem, suppletur per ius Canonicum. Vnde dicunt, quod non est contradictio, cùm ius ciuile dicat talem præscriptionem æquam & iustam esse, ac per consequens constituendam, ius verò Canonicū dicat eandem præscriptionem esse iniquam & iniustam, ac per consequens prohibendam, quia ista iura non tendunt ad eundem finem, nec ad eandem causam, contradictio autem oportet quod accipiatur, secundum idem, & respectu eiusdem hucusq; & latius ille Theologus & do. Ioan. And.

Quippe cùm hi clarissimi Patres dicant se reddere quatuor rationes, quare ius ciuile à Canonico discordare debeat ignoro, qua arte eas iuste reddant. Cùm verum sit ius Ciuile & Canonicum sibi cōsentire debere, vt superius exposui, & quàm vrgentia sint eorum argumēta statim videbis. In hoc argumento dum primum præsupponunt in præscriptione malæ fidei esse iustum & iniustum, & quod vtrunque per idem ius fieri non potest. Vnde oportet quod per diuersum fiat.

Diligentius primò aduertendum, quod in tali præscriptione nulla est iustitia. Probat, quia vt iniusta & iniqua inducit peccatum mortale, & ideò prohibetur malæ fidei possessio. Igitur iustitiam habere non potest. At si dicas, quod est iusta suo fine. Respondeo quod iustitia vniuersalis præscriptionis, qua castigatur negligentia, cessat in malæ fidei possessore, quia is possidet contra ius diuinum, & ex tali improba possessione non potest induci iusta præscriptio: † Nam vniuersalis regula iuris Ciuilis non potest permittere ea, quæ speciali causa à iure diuino sunt prohibita, vt in c. quod culpatur 23. quæstio. 1. & ideò dicitur in d. c. final. quod nulla est præscriptio malæ fidei, tam Canonica, quàm Ciuilis. Non ergo concurrunt in ista præscriptione iustitia ciuilis, & naturalis, imò ciuilis cessat,

fat, & vniuersalis regula non protenditur ad prohibita naturaliter, vt in §. fin. Instit. de legit. agnat. tut. & in d. l. has obligationes, de cap. dimin. infra. Hinc est falsum, quod per idem ius de tali præscriptione non possit statui, imò per idem ius ciuile debuisset statui, vt mala fide nullus possideret, nec præscriberet, quia hoc est iustum, iustitia naturali & diuina, & ab ea deriuatur ius ciuile, & idè est etiam falsum, quod illud iustum, de quo ipsi loquuntur, sit prosequendum in præscriptione, cum mala fide possideretur.

Rursus cum eodem dicunt argumento, quòd ius Canonicum & Ciuile se debent subuenire, cum sint fundata super eodem iure naturali, fatentur hoc iuris præsidium. Quæramus tamen ab ipsis, quòd cum ius ciuile funderetur super iure naturali, quomodo contra primum principium iuris naturalis, quo suum cuique tribuitur, poterit approbare præscriptionem malæ fidei. Cum igitur fundamentum, quòd est ius naturale, desit, nõ potest superædificari, vt dicebat Paulus in proposito nostro, & scribitur in c. cum Paulus. r. q. r.

† Tertio cum dicunt, quòd à iure Canonico præscriptio est prohibenda, aduerte quantũ pugnancia loquuntur, & certè in primis non est apta oratio, quòd ea quæ iuris sunt prohibeantur. Præscriptio enim cum sit iuris acquisitio, iure nõ est prohibendi. Probat, quia aut est iusta, et malè prohiberetur, quòd iustum est aut iniusta, & tunc non est iuris, nec iure præscribitur, vt expressè dicitur in c. ius. de ver. sig. Igitur inanis est prohibitio, quia præscriptio, quæ non est, cum iure non sit, prohiberi non potest, vt in l. io. de verb. obliga. & in c. ad dissoluendum. de spon. impub. Item ea quæ iure substantiam capiunt, non rectè prohibentur. Probat, quia cum ab eodem legislatore dispositio constet, seipsum vel successorem prohibere non potest, vt in c. innotuit. de elect. Mutabit igitur vel tollet legem, & tunc cessat dispositio, quæ non capit substantiam à lege sublata. † Facit doctrina Bartol. in l. si quis pro emptore

92

93



in fiftione inductiua, de vsucap. vbi naturaliter probat, quòd ea quæ iuris sunt iure cessante nihil sunt essentialiter. In his ergo non cadit prohibitio, at si de eo, quod est iuris Ciuilis à iure Canonico aliquid disponitur, nec tunc rectè, prohibitio iuris, vt in exemplo nostro, quia declaratur non iustum, & ideò non esse iuris. Vnde falsum est, quod etiam ante c. fin. de præscr. malæ fidei possessor præscriberet iure ciuili, & ita colligitur de mēte Abbatis ibi, fateor tamen aliquando factum ipsum prohiberi, vt fit in contractibus, vt in l. non dubium. C. de leg. non tamen prohibetur præscriptio vel obligatio, quæ iuris est, vt suprà.

34 Verùm si fateremur prohiberi præscriptionem, necesse esset fateri legem ciuilem, † quia præscriptio est quid iuris Ciuilis, vt in princip. Instit. de vsucap. & ipsi fatentur in definitione. Sed cùm ipsi etiam fateantur iustè prohiberi præscriptionem malæ fidei, sequitur leges eam inducentes iniustas esse, & ita est in veritate, quia vt iniustè detestantur in d. c. final. vbi eadem ratione dicit non valere leges, quia non valet præscriptio, & econtrà. Quarto cùm dicant legem ciuilem cessare infringendo præscriptionem ex mala fide, quod non pertinet ad ius ciuile, & quod hoc prouidet ius Canonicum, quod omisit ius ciuile. Dic quòd ius ciuile non cessat in præscribendo, quia iure medio præscribatur, quamuis illa præscriptio non erat vera, sed obseruabatur factò. Nec erat necesse, quòd ius Canonicum infringeret, si ius ciuile, non debuit, omisisset præscriptionem in malæ fidei possessore, quæ vt dixi. verè præscriptio non est, nec verè infringitur.

35 † Nec verum est, quòd ad ius ciuile non pertineat prouidere, ne mala fide possideatur : quia ex primis præceptis naturalibus constat, vt suum cuique tribuas, & ne alteri noceas, quod præceptum vt totius iuris ciuilis primum præceptum est propositum in l. i. Inst. de iustit. & iure. & in §. iuris præcepta. Institut. cod. Ius ergò ciuile debuisset hoc curare, ne possideretur diutius

diutiùs mala fide, nec debuisset prouidere, vt mala fides frangeret præscriptionem, sed cessare in inducenda præscriptione.

† Item cùm dicunt, quòd ius Ciuile & Canonicum in hoc sibi contradicunt, sed mutuò subueniunt, hoc profectò apprehendere non possum, cùm ab vno iure introducatur præscriptio, & ab alio denuntietur iniqua, & improbetur, immò declarantur leges eam fauentes esse nullas, vt in d. c. fi. & in c. vigilanti. At cùm subiiciant, quòd vbi est contradictio, oportet quòd accipiat secundum idem & respectu eiusdem. Respondeo, quòd est cōtradictio in eadem præscriptione, quia eam vt iustam inducit ius Ciuile, & ius Canonicum dicit nullam, quia est iniusta, ergò contrariantur, vt in l. nò dubium, C. de leg. & quamuis causa sit diuersa, cùm tamen sententia sit circa eandem præscriptionem, & causa iuris Ciuilibis cesset, vel vincatur, non est dicendum non sibi pugnare, vt si tu contra me sentias diuersa ratione, quam ad eandem sententiam ego probaui inualidam.

56

Secundum prædictorum Doctorum argumentum est tale: Illud quod sequitur legem Euangelicam, debet discordare ab omni, à quo discordat lex Euangelica: sed ius Canonicum sequitur legem Euangelicam, & deriuatur ab ea, ergò debet discordare à lege Ciuili. Consequentia probatur, † quia lex Euangelica discordat à iure Ciuili, cùm illa iudicet actus interiores, vt Matth. 5. Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est in corde suo: ista verò iudicat actus exteriores ad humanam societatem: vnde sequitur, quòd etiam ius Canonicum debet iudicare actus interiores, vt præscriptionem malæ fidei, in quo casu oportet esse diuersum, vel superabundare à iure Ciuili. hæc ipsi.

57

† Conuertere certè posses argumentum, quia in lege & Euangelio naturale ius continetur, vt in c. nò est peccatum, 6. dist. & ius naturale est, quod in lege & Euangelio

58

D 5

gelio

gelio continetur, in c. 1. dist. 1. & in c. 2. ead. dist. & ex lege naturæ descendunt omnes leges, vt in d. c. 1. ibi, hinc descendunt leges & prophetæ, igitur discordare nõ possunt, adeò quod si discordarent a lege Euangelica, nõ essent leges, vt supra satis exposui.

59 † Sed ita resoluas, quòd aut loquimur de iure iudiciali, & fori, & tunc non debet discordare ius Canonicum à Ciuili, quando iustitia est exhibenda iure naturæ, vel Euangelio, exemplo subijcio in casu nostro. Fingamus aliquem mala fide possidere, dominus conuenit ipsum in iudicio, possessor præscriptione se tueri conatur, probatur tamen mala fides, certè & in iure Canonico, & in Ciuili iudicandum est contra mala fide possidentem, cum ius naturale & Euangelicum eum condemnent, aliàs iudicium est nullum, quia iniustum, vt in d. c. vigilanti. & in d. c. fin. & in reg. peccatum, de reg. iur. & in reg. possessor, eod. tit. Quinimò ad tale iudiciũ negatur iurisdictio cuiuslibet iudicis & etiã Imperatoris. Cũ enim à lege superiori habeat iudicandi potestatem, cõtra eam legem iudicare non potest, vt in c. Iulianus. & in c. qui resistit, 11. quæst. 3. & Bartol. in l. fin. C. si contra ius vel vtil. public. & superius dixi.

60 † Aut loquimur in foro conscientie, & tunc fatendum est, quòd Ecclesia succedit in locum Dei, & forus ille conscientie est forus quidam diuinus, cui omnia patent, & omnia ex animo iudicantur: hoc igitur iudicium est solius Ecclesie, in quo non vt ab homine, sed vt à Deo iudicatur, vt in c. sacerdos, de offic. ordin. vnde fatebimur, quòd in hoc foro diuersitatem habet ius Ecclesie à iure Ciuili, non quòd diuersitas consistat in iustitia, maxime quando procedit à principijs naturalibus, † quia illa semper est vna, & tota sibi constata & consentit, vt in princip. Instit. eod. & vt dicit M. Tull. in lib. de rep. est immutabilis, & eius factor est Deus, nec est alia Romæ, alia Athenis, alia tunc, alia posthac, nec per populum, vel Senatũ  
ab hac

ab hac solui possumus : idcirco malæ fidei possessor etiam in foro iudiciali, & seculari nunquam debet vi improba præscriptionis obtinere, quia iustitia naturalis & gentium hoc iniquum demonstrat : † cum ius gentium sit, quod ratio naturalis apud gentes constituit, ut in l. omnes populi, infr. eodem. Vnde dicebat idem Cicero 3. lib. Offic. quod enim ciuile est, non idem continuo gentium, quod autem gentium, idem ciuile esse debet. Ista ergo, quæ ratio naturalis demonstrat, necessario sunt obseruanda in foro ciuili, prout in foro conscientiæ, ut supra exposui.

† Forus tamen conscientiæ in hoc à iure Ciuili discrepat, quia est animi iudicium, quod Deo soli pertinet, & alijs est absconditum, ut in c. in ciuitate, de vsur. & hoc prout à iure Ciuili, ita à Canonico potest discrepare, non iustitia ipsa naturali, ut dixi, sed quia Ecclesia ista militans non potest de animo occultè iudicare, ut in c. à nobis, de sentent. excommun. soli igitur Deo veritas & infallibile iudicium relinquitur, ut ibi, & in c. cum æterni tribunal, de re iudic. Fateor tamen, quòd quandoque etiam iudicium conscientiæ potest discrepare à foro ciuili, sed hoc euenit, cum iure Ciuili iudicatur, non autem cum iure naturali debet iudicari, ut in casu nostro. † & ita intellige c. vigilant, & c. final. de præscript. Nam secundum prædicti Doctoris sententiam non procedunt, nisi in foro conscientiæ, sed idem erit in foro ciuili & iudiciario, quod satis constat ex eisdem capitulis, quæ leges in suo foro disponentes, denunciant non validas, Cogita.

Tertia ratio, quam firmant prædicti Theologi, & Ioan. Andr. ita se habet : Illa iura debent in præscriptione malæ fidei necessario discordare, quorum vnum intendit conseruare iustitiam propter terminanda litigia, alterum verò econuersò intendit terminanda litigia propter iustitiam seruandam, † sed  
ius

ius Ciuile intendit conseruare iustitiam propter terminanda litigia. Nam suus finis principalis est conseruare ciuilem societatem: ius autem Canonicū econuerso intendit terminare litigia, ad conseruandam iustitiam, quia finis suus principalis est, ordinare in Deum, & in legem Euangelicam, vt homo gloriam consequatur: qui ordo in Deum non habetur, nisi iustitia conseruetur. hæc ipse & reliqua.

66 † Aduerte, quòd argumentum quamprimùm peccat in eo, quòd in secunda vel minori propositione dicitur, ius Ciuile intendere ad conseruandam iustitiam propter terminanda litigia, quippe in hoc dicerè dormitasse Homerum. Quid enim est dicere, ius Ciuile prosequi iustitiam ad finem terminandarum litium, & nō propter seipsam, vel propter alium finem: quinimò terminatio litium est effectus particularis, qui prouenit à iustitia ciuili. Nam finis est, vt genus humanum iustitia regulis foeliciter uiuat. Nam per eas vt honestè uiuat, alterum non lædat, ius suum unicuique tribuat, informatur: vt docetur in princip. Decretalium. & in c. factæ sunt leges, 4. distinct. & in l. nam & Demosthenes, de leg. & in l. iustitia, infrà de iustit. & iur. Plura igitur continet foelicitas & iustitia generis humani, quàm finem terminandarum litium, vt patet in illis iuribus. & docet Aristot. in 1. Ethic. lib. in princip. & c. 2. ibi. Præterea leges ferat, quibus quid agere quisquam, ac à quo abstinere ipsa constituat, eius profectò finis aliarum artium fines continebit. Ita ipse. Nam legibus & Ethicæ subest disciplina militaris, legibus Medicina, legibus Rhetorica, & cæteræ scientiæ & artes, quibus uti oporteat. Hic igitur finis foelicitatis humanæ continet cæteros fines, nec tantùm continetur in determinatione litium, quam ego non paruipendo, cum sit causa & effectus magnus ipsius iustitiæ ciuilis.

67 † Præterea ostendit hæc conclusio, quòd ius Ciuile constituat finem iustitiæ propter lites terminare: iustitia

stitia enim propter se est expetenda, cuius executio finem litium terminandarum, & cæteros fines continet, vt idem Aristot. in d. c. 1. & 2. docere videtur: quod à seipso patet. Nam vt Aristot. dicit, quod minus est, est propter aliud: & cum humani generis fœlicitas contineat litium determinationem, non potest esse, vt litium determinatio sit finis propter se: immò & econuersò litium determinatio est ad finem humanæ fœlicitatis, quæ quidem fœlicitas est summum bonum. secundùm Arist. Sed ego de hoc suprâ.

† Item illius argumenti consequentia est fallax: quamuis enim ius Ciuile habeat finem terminandarum litium, tamen necesse est, quòd lites iustitiâ terminentur. Illa enim terminatio non est intelligenda barbarè & tyrannicè, sed secundùm iustitiam. vt in c. factæ sunt, 4. distinct. & c. sequen. vbi ponitur finis legum. Deinde subiungit hæc verba: Præterea in ista constitutione legum maximè est obseruandum, vt contineant iustitiam, honestatem, possibilitatem, conuenientiam, & reliqua. Ecce quàm expressè vides finem legum etiam ad lites terminandas, vt ibi text. loquitur, semper adiungendam cum honestate iustitiam & conuenientiam. Igitur quamuis ius Ciuile velit terminare lites, non debet eò modo terminare, vt iniustus & iniquus possessor læsa conscientia præscribat. Vnde deberet concordare in hoc cum iure Canonico: igitur minus discordare oportet, cum maximè secundùm talem consequentiam, vbicunque iustitia naturalis aduersaretur determinationi litium, esset secundus finis legis Ciuilis: absit tamen tale consilium iniquum, & etiam inane, quod leges redderet nullas.

Quartum & vltimum argumentum est, quòd ius Ciuile sistit solum in foro litigij: ius verò Canonicum ita intendit in foro litigij, quòd finaliter se remittit ad forum conscientia, vt in c. omnes, de pœn. & remiss. Igitur necesse est, quòd discordent in præscriptione malæ fidei, & cætera. † Primò intelligas distinctius, quòd

de vno foro ad alium non habet locum remissio, etiã de iure Canonico, vt in c. cum vos, de offi. ordi. Sed hæc est vera conclusio, quòd vbiq; de iustitia principijs naturalibus constat, ita iudicandum est in foro iudiciali, prout in foro conscientia, vt in c. fin. de consuet. iuncto c. nouit, de iudic. & hoc non patet ex remissione ad forum conscientia, sed ex vera iustitia, vt in c. quæ contra mores, 8. di. & idẽ est in foro iudiciali seculari. vt supra dixi, & patet in eadẽ præscr. vt in c. fi. de præsc. & in d. c. q̄ cõtra mores, quamuis fateor in hoc distinguendũ vt in c. filius noster, de test. Vides igitur quomodo cõcludant argumenta illius Theologi, & Ioan. And. nam iniusta conclusio iustis argumentis probari non potest.

70

† Ex superioribus infertur tertio, quòd non rectè infert Dom. Abb. ex præd. Doct. in d. Procem. Gregoriano scientiam Canonum non esse meram practicam, prout est scientia Legum, quia Canones habent partim speculationes metaphysicas.

Ego potiùs crederem, in Canonibus omni agi ratione practica, prout in legibus, quia ius nihil est nisi ratio practica, quæ est moralis, & circa mores versatur, vt in c. non est peccatum, § his itaque, 6. distinct. & ego nunquàm vidi disputationes de Deo, & supercoelestes iure determinari, nec credo, quòd Dom. Abb. & reliqui eas egerint. Nec obstat, quòd plures habemus constitutiones, quæ de his tractent: Nam eo modo tractatur etiam in legibus de summa Trinitate & fide Catholica, tamen tam in legibus, quàm in Canonibus traduntur vt determinationes tenendæ. non vt à nobis disputandæ, vt in l. nemo, C. de sum. Trin. & fide cathol. & in c. nos ad fidem, 96. dist. † & eodem modo intelligas, quod dicit Io. And. in c. quicumque, in §. inhibemus, de here. libr. 6. in gl. vbi dicebat, Doctorem Decretorum posse disputare de fide Catholica, quod intellige. non vt de veritate inquiratur, sed vt veritas iam inquisita & inuenta, teneatur, vt dicitur in d. c. nos ad fidem. & in l. nemo, supra alleg. & ex hoc est disputatio fidei prohibita, vt in d. c. quicumq; §. inhibemus. &

## IVR. CIVIL. ET CANON.

in l. nemo. Nec certè decet, de veritate fidei disputare, sed eam iam determinatam tenere, vt notatur in c. nos ad fidem. Fatendum tamen est, quòd dum aliquod dubium est, quod tangat articulos fidei, ad summum Pontificem est recurrendum, vt in c. maiores, de baptis. quem determinare consulem cum viris Metaphysicæ peritissimis, vt in c. satis, 96. distinct. vbi Episcopi de ea redisputare debent, qui eligendi sunt eminentis scientiæ, vt in c. cum in cunctis, de elect. Vt igitur orationem ad gyrum reducamus, Iurisperitos moralis philosophiæ oportet esse instructos, nec ad rationem legis pertinet disputare de essentia diuina, sed tantum considerare rationem practicam, quæ est mensura ad ipsam legem, & in hac sententia est S. Doctor prima secundæ. q. 9. art. 2. & idem tenet glo. in Proc. Gregor. in gl. 1. Cogita tamen.

Quarto infero, quòd non est certa ratio, quam reddunt prædicti Doctores, quare ius Canonicum, & eius periti excellent ius Ciuile, & iuris Ciuilis peritos: nam dicunt ius Canonum subijci Theologiæ.

Sed si dictum non est certum, vel forsan non verum, illatio non potest esse certa. Ego enim, qui Canonista sum, iure certiori præferri cupio, subiungit tamen Do. Abb. quòd excellit tantum, quantum anima corpori. † Quod videtur euidenter probari ex c. solitæ, de maio. & obed. & ex c. suscepistis, 10. distinct. vbi dicitur, Canones præferendos Legibus: nam spiritus non est postponendus carni. Ergo eam sentit excellentiam, quæ est inter spiritum & carnem.

Auerte, quia quisque facile erraret in casu nostro. Et quero de vera ratione, quare Canones præferantur Legibus. Respondeo, quòd non est deriuatio, vt credunt practici Doctores: quia eadem est iustitiæ deriuatio, vt ipse ostendit. Sed duæ possunt esse causæ, quæ sese adiuuant: prima est excellentia causæ efficientis: nam Summus Pontifex maiorem habet iurisdictionem & excellentiam, quam ipse Imperator, vt planè constat ex c. solitæ, de maio. & obedient. vbi



eam textus docet differentiam, quæ est inter Solem & Lunam, inter diem & noctem, & inter corpus & animam, & eandem excellentiam esse inter Pontificem & Imperatorem: idem in c. per venerabilem, qui filij sint legit. cum simil. Itaque dignitas suprema Pontificis est multò clarior & eminentior dignitate Imperatoris: quia à Deo super omnem animam constitutus est. Vnde idem etiam Imperator ei subijcitur, vt in Epistola inter claras. de summa Trinit. & fide cathol. in d. c. solitæ. & in c. nouit, de iud. notatur in c. 1. de const. Item alia etiã ratione est maior, quia subditi digniori causa subijciuntur. Nã Papa præest spiritualibus, Imperator verò temporalibus: & quantò dignioribus præest, tantò clariùs excellit, vt argumētatur text. in d. c. solitæ & ibi not. Abb. 7. notab. † At constat, quòd leges superiorum dignioris sunt legibus inferiorum, vt in c. cum inferior, de maior. & obedient. & in l. ille à quo, §. tempestiuum, ff. ad Trebell. Ergò leges Canonice excellent leges Imperatorias: hanc rationem tradit textus in c. lege, 10. distinct. vbi colligitur. immò leges Ciuiles postponendas Canonibus: quia Canonum lator est superior. & contra naturam est, vt leges inferioris præualeant legibus superiorum: vt in d. c. cum inferior. quod etiam confirmatur in lege naturæ, quæ à Deo procedit, vt in c. 1. & 2. 1. distinct. idè semper præfertur legibus inferiorum, vt in c. quæ contra mores, 8. distinct.

74

Sed contra superiora videtur probare text. in suscipitis, 10. distinct. vbi ea assignatur ratio, quia iurisdictio Pontificis est spiritualis: vnde tanta est differentia, quanta inter spiritum & carnem. Respondeo, & fateor hac eadem causa iurisditionem Pontificis esse clariorem, & quòd eò etiam Canones excellent, quòd spirituales exercent iurisditionem leges verò temporalem. Tamen in hoc consistit deceptio, quòd eodem modo mores instruit vnum ius, sicut aliud, quia ex eisdem principijs, & ad eundem finem, & tota est morales  
philo-

philosophia, quæ instituitur & docetur: differunt tamen in Doctoribus & Legumlatoribus, & etiam in iurisdictione, non in doctrinæ causis & principijs, nisi eo modo, quò suprà.

75

† Item obstat, quòd etiam ius Ciuile videtur ad ipsam mentem & spiritum leges instituire. Cùm enim iustitia sit voluntatis, vt patet in definitione, leges quæ iustitia pendent, necesse est, vt de voluntate disponant: vnde etiam voluntate malum vel bonum legibus iudicatur, vt in l. qui iniuriæ, in princip. ff. de furt. & in l. quod Reipub. ff. de iniur. & in l. 4. §. si quis, ff. de tab. exhib. & in l. 1. C. de sic. quod etiam constat ex Aristo. doctrina 1. Politic. vbi dicebat, quòd qui ius Ciuile instituire debet, de anima quoque exire oportet, prout qui oculos & totum corpus curaturus est, de ipsis sciat necesse est. Huius ratio manifestè patet: nam legibus bonum humanum & foelicitatem humani generis querimus: at hoc bonum in operatione per virtutem consistit: virtus autem est operatio animi, non corporis, igitur necesse est, vt qui ciues velit facere bonos & legibus obtemperantes, vt in l. 1. §. 1. infrà eòd. eorùm animos instruat, atque instituat. & ita dicebat Aristotel. Ius ergò Ciuile de animis & de spiritu disponit, vt disponere debet: † per leges enim coërcetur audacia, refrenatur appetitus noxius, castigatur delinquendi licentia, & nocendi facultas, & reliqua, vt in d. c. factæ. quæ omnia magis pertinent ad habitum animi, quàm pertineant ad corpus materiale, vt à seipso patet.

76

† Sed his ita potest responderi, quòd ius Ciuile instituit animum ad bonum politicum, quod quidem bonum habet adhuc vltiorem finem animæ, secundùm quod iam à Iustiniano & cæteris Imperatoribus fuit cognitum, vt per totum titulum de summa Trinitate, & fide cathol. & per leges omnes, in quibus nostram perpetuam & veram fidem fatentur. Sed Imperatores non habent iurisdictionem spiritualem in ipsa anima,

77

E

prout

prout habet Summus Pontifex, qui cùm sit in loco Dei, quamuis genus humanum instruat legibus ad fœlicitatem humanam, vt ex hoc consequamur illam veram, quæ diuina & æterna est, tamen potestate à Deo immediatè data, potest ligare & absoluere spiritum secùdum iustitiam, vt in d. c. significasti, de elect. & in c. solitas, cum similib. Aduerte tamen, quòd si soluerit iniustè, non erit solutus, quamuis solutus ab humanis censeatur, vt not. in c. non est, de vot. & vot. redempt. Nec iniustè ligatus erit verè ligatus, quamuis ligatum esse teneatur: cùm æterni tribunal iudicis illum reum nō habeat, quem iniustè iudex condemnat, vt in c. cùm æterna, de reg. iur. lib. 6. Ista itaque potestas clauibus regni cœlorum tradita, ad iustitiam est tradita, vt in d. c. cum æterni. & dixi latè in repet. §. & quid si tantum, l. Gallus, in fi. verbis. Item est tradita ad medicinam vel ipsius qui corrigitur, vel generis humani, vt in c. cùm medicinalis, de sentent. excom. in c. inter hæc, 33. quæst. 2. cum similib.

Ex his quoque videtur formari argumentum, quod finis iuris Canonici se protendat vltteriùs, quàm ad fœlicitatem humanam: quia iurisdictio Summi Pontificis, ex qua ius Canonicum consistit, extenditur ad dandam vel auferendam æternam beatitudinem, & illam vltimam & veram fœlicitatem, vt vides.

78 † Pro nunc ita responderem, quòd Summus Pontifex est supra ius Canonicum, & in hoc habet plenitudinem potestatis, vt in d. c. significasti: item, sibi est concessum, quòd non solum in terris, sed & in cœlis habeat clauis & potestatem: hanc tamen cœlorum potestatem habet ab ipso Deo non metitam, nec regulatam humano iure, sed voluntate Dei: vnde ipsa potestas est extra finem & intentum proximum iuris Canonici & fœlicitatis humani. Ex ista igitur non possumus arguere ad finem Canonici iuris, quod est humanum. Cogita.

Quiatò infero ad id, quod subiungit Dom. And.  
ind.

ind. regul. peccatum, 9. colum. & Dom. Abb. in d. Pro-  
 cœm. Greg. † vbi potissima virtus, ad quam conatur ius  
 Ciuile, est ciuilis amicitia. Sed potissima virtus, ad  
 quam conatur ius Canonicum, est cœlestis amicitia,  
 quam charitatem appellant, sine qua est impossibile,  
 hominem in Deum tendere, & reliqua. Aduerte, quòd  
 amicitia ciuilis est cœlestis, & à cœlo pendet, quia pen-  
 det à ratione æterna, & deinde à naturali. Lex enim  
 naturalis subiicitur legi æternæ, & participat ex ea, quia  
 ex impressione eius habet inclinationes proprios actus  
 & fines. Nam rationalis creatura diuinæ prouidentia  
 subiacet, & est eius particeps, cùm sibi & alijs ipsa ra-  
 tione prouideat: vnde in ipsa rationali creatura par-  
 ticipatur æterna ratio, ex qua mouetur ad debitum fi-  
 nem: talis igitur participatio dicitur lex naturalis. Hoc  
 ipsum autoritate Psal. probatur, cùm præcepisset in  
 hæc verba: Sacrificate sacrificium iustitiæ. † Sed quæ-  
 ret forsitan quis, nobis quis ostendet iustitiam, vel doce-  
 bit ipsam? Huic igitur tacitæ quæstioni respondet Psal-  
 mista: Signatum est super nos lumen vultus tui Domi-  
 ne. ita ipse. Hoc igitur lumen, quod est nobis signatū,  
 est ipsa ratio naturalis, qua discernimus, quid sit bonū,  
 & quid malum: & hoc lumen est lex naturæ, quæ est  
 impressio diuini luminis in rationali creatura: ita di-  
 cebat S. Thom. 1. 2. quæst. 1. art. 2. Ex ista ergò lege natu-  
 rali deriuantur omnes leges, vt in c. consuetudo, 1. dist.  
 & suprâ latè, & ab æterno naturales & ciuiles, vt Aug. in  
 primo de libe. arbit. & dicebat Arist. 1. Ethic. quòd cùm  
 natura homo sit animal sociabile, ciuitas est verâ com-  
 munitas secundum naturam: & ideò leges ciuiles cùm  
 deriuantur à lege naturæ, quæ cùm sit quædam partici-  
 patio legis æternæ, vt suprâ, rectè dicitur diuina, vt in  
 c. 2. 1. distinct. & in c. 1. in fin. 9. distinct. Vt ergò reuer-  
 tamur, vnde sumus egressi, hæc participatio commu-  
 nis est ad legem Canonicam & Ciuilem. A lege enim na-  
 turæ & à lumine vultus Dei vtraque procedit, vt suprâ  
 dicebam.

Vnde dicere, quòd requiritur quædam cœlestis amicitia distincta ab amicittâ ciuili, quam ostendit natura ex lege æterna, certè videtur mihi dubitabile quoad ea, quæ iuri pertinent: nam de amicitia naturali iura tradita sunt, & ea est necessaria ad commune bonum, quæ ciuilis, diuina, & naturalis est. Nam inter homines iustè, & cum summa charitate viuet, qui honestè viuet, alterum non lædet, iusque suum vnicuique tribuet: & cum ista charitate quoad humanam societatem, & quoad ea, quæ iuris sunt, consequitur beatitudinem: quia hanc eandem inter humanos constituit Omnipotens semper Pater suo iure naturæ & æternâ ratione. vt in c. 1. dist. 1. & in eius successione sunt editæ leges, vt in Procem. Gregor. & in hac sententia est S. Doctor in d. q. 90. art. 2. vbi legis etiam naturæ, immò omnium legum finem posuit humani generis, foelicitatè humanam. Nec obstat arg. illius Dom. Fratris Gerardi, quem refert & sequitur Ioan. And. vbi sup. quòd ius Canonicum sit quædam explicatio iuris diuini, oportet quòd idem sit finis vtriusque: quod quamuis fateamur, nihil tamen concludit: quia eodem modo deriuatur à lege diuina ipsum ius Ciuile, vt supra. & quamuis non eodem modo, in aliquo tamen etiam finis iuris diuini & naturalis, quoad moralia est idem, vt in d. c. fin. 6. distinet.

31 † Fateor tamen, quòd cognitio sine æterno, charitas quædam supernaturalis est necessaria: Cùm enim homo cognoscat Deum omniũ causam & motorem, ac se creatum ab eo ad æternam beatitudinem, Deum super omnia amet oportet, vt apud Matthæum: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua: vnde, vt ait Apostolus, qui adhæret Deo, vnus spiritus cum eo est, & est charitas coniunctio quædam, quæ consistit in spiritu inter Deum & animam nostram, vt in c. debitum, de bigam. in princip. Ex isto igitur amore, quæ conflatur per gratiam, vt dicitur Roman. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum

Spiritum Sanctum, qui datus est nobis: causatur quædã cœlestis amicitia, vt sancto ardore spiritus proximos suos ames. Nam cum te ipsum ames inclinatione naturæ propter bonum totius vniuersi, quod est Deus, Deum amas, tanquàm te, & vniuersa continentem; & necesse est, vt humanos quoscunque ames tanquàm fratres ab eodẽ opifice & patre. hoc est quod dicebat Dion, in lib. de diui. no, quòd Deus conuertit omnia ad amorem sui ipsius.

Hæc igitur charitas, quæ est verus amor Dei, si eam ad socios humanos referas, certè est ex cognitione supernaturali: tamen credo, † iuris amicitiam natura- 82 lem esse, siue sit Canonica, siue Ciuilis, quia à naturalibus principijs exoritur, vt in d. Procem. Gregor. quamuis fateri oportet, omnia à Deo procedere tanquàm prima causa & motore primo. Vnde etiam apud Iurifconsultos veritatis ignaros natura ipsa ostendebat Dei veri operum vniuersorum opificis religionem, vt in l. veluti, de iustit. & iur. & in l. 2. ff. de pol. & in l. vt iusiurandi, de op. lib. & in l. qui per salutem, ff. de iureiur. cum similib. Cognita & in his Metaphysicos quæras, fat est, quoad propositum nostrum, quid iuris sit tetigisse,

† Quintò principaliter infertur ex his ad illam dubitationem, An ius Canonicum possit iuri Ciuili in vsuris obuiare? Hanc quæstionem posuit Ioan. Andr. in regula, peccatum, 9. colum. de regul. iur. & ex præfato Fratre Gerardo proposuit tria argumenta, quæ tribus verbis expono: Primùm est, quòd ius Canonicum & Ciuile habent fundamentum ius naturale: sed vsuræ sunt contra ius naturale, vt in c. super eo. & in c. in omnibus, de vsur. Item subalternantur iuri diuino, ergò nihil possunt contra ius diuinum. Tertio, quia Imperator præcipit obseruari Concilium Nicænum, quod imponit pœnam vsurariorum, vt in c. quoniam, 47. distinct. His tamen non obstantibus, ille Frater Gerardus tenuit, quòd ius Ciuile se habet in casu vsurarum, tan-

quàm indulgens pœnam, & non puniens: vnde non est inconueniens, quòd lex Ciuilis non puniat, cum plura sint prohibita à iure naturali & diuino, quibus non est addita pœna à iure positiuo. Per hoc tamen nulla est de vno iure ad aliud contraria ratio. Itaque ius naturale & Ciuile, nec ius Canonicum & Ciuile aduersantur: & ratio est, quia cum ius Ciuile maximè tendat ad ciuilem amicitiam, vbi per prohibitionem aliquorum vitiorum ciuilis societas & amicitia læderetur, ius Ciuile à tali prohibitione se præseruat, & ea relinquit diuino iudicio punienda, restante B. August. lib. 1. de libe arbit. vbi inquit: Lex † ista, quæ regēdis ciuitatibus fertur, multa concedit, ac impunita relinquit, quæ per diuinam prouidentiam vindicantur. Ita igitur in proposito. Contractus vsurarius non est necessariò prohibitus à iure Ciuili, quia ius Ciuile non debet ciuilem amicitiam impedire. Ita ipse Theologus, quem sequitur Ioan. Andr. ibi. quamuis in contractu vsurarium discordat, vt infra: & idem est etiam de sensu Abbatis in dicto Proœmio, vbi retulit ea, quæ dicuntur in eadem reg. possessor, 9. colum. ex quibus hæc inferuntur.

† Ego imprimis fateor, quòd omnia peccata non sunt punita per ius Ciuile, immò aliqua omittuntur diuinæ vindictæ, vt in l. iusiurandi, C. de reb. credit. vbi iusiurandi contempta religio solem Deum habet ultorem. Et ita dicit August. in loco præallegato. & idem tenet, & ferè eadem verba dicit S. Doctor, à quo ea sumpsit ille Frater Gerardus prima 2. quæst. 96. artic. 2. in fine. Nam, vt dicit ibi S. Doctor, non potest omnia punire, quia si puniret omnia, forsan contemneretur in omnibus, sicut dicitur Prouerb. cap. 30. qui nimis emungit, elicit sanguinem, quod refertur in c. nisi cum pridem, de renunc. & in c. denique, 4. distinct. Non igitur omnia vitia sunt punienda, sed maiora, & præcipuè quæ sunt in nocumentum aliorum, vt dicit S. Doctor.

† Sed

† Sed aduertē imprimis, quòd ista ratio sancti Doctoris, & eius sententia loquitur in iure Canonico, prout in iure Ciuili, nisi loquamur in foro conscientie, in quo solum consideramus iudicium Dei, & non humanum, vt in c. si sacerdos, de offic. ordin. & hoc latè patet. Nam quamuis in foro conscientie pro quolibet peccato mortali imponatur pœnitentia, non tamen videmus iudicialiter ex quolibet condemnari. Nec obstat, quòd Pontifex habeat iurisdictionem super omni peccato, vt in c. nouit, de iudic. quia id intelligitur ad obuiandum, ne peccetur, non tamen ad puniendum. Nam quamuis habeat iurisdictionem vniuersaliter, tamen exercere non debet eam super omni peccato, non quòd per se bonum, non sit castigare quodcunque malum: † sed quia castigatio boni pastoris debet tendere ad emendam, vt in c. Deus qui Ecclesiam. & in c. omnis vtriusque, de pœnit. & remis. & in c. cum medicinalis, de senten. excommun. & omnia castigando minor speraretur emenda. Nam in multitudine hominum maior est pars imperfectorum, quæ facillè omnia rumperet, iuxta illud Matth. 9. Quòd si vinum nouum, id est, præcepta perfectæ vitæ mittantur in vtres veteres, id est, in homines imperfectos, rumpentur vtres, & vinum effundetur, id est, præcepta contemnentur, & homines ex contemptu ad maiora mala prorumpent. sit igitur cautus Legumlator.

Sed contra hæc videntur sententia Arist. lib. 5. Ethic. c. 3. Omnia ferè (inquit) iura ab vniuersa virtute ordinata sunt: Nam lex præcipit viuere secundum omnem virtutem, & vnumquodq; vitium prohibet. Ecce quòd vniuersa virtus, ex qua leges constant, omnia prohibet vitia, quod etiam patet à primis præceptis iuris, quibus primò præcipitur, bonum & licitum semper sequendū, vt in l. i. infra de iusti. & iur. item iuris præcepta sunt, honestè viuere, alterum non lædere, &c. vt in l. iustitia, infra eod. tit. Præceptum igitur vitæ honestæ prohibet vitia omnia, † quia honestas, quæ socia est virtutis,



vt Tullius lib. 3. offic. semper cum vitijs pugnat, & ex hoc idem Tull. Diomachium & Caliphonem reprehendit, qui voluptatem honestati dixerunt esse coniunctā, tanquā cum homine pecudem copularent, & idem Cic. Paradoxum nobis tradidit, quod honestum sit, id solum bonum esse, in qua re Stoicorum sectam sequi videtur, quamuis summa ratione id docuerit, sed honestas hoc modo strictior est, quā ea, de qua ego supra in prima illatione, §. rursus aduertas. Sat est hanc honestatem cum vicijs pugnare: quod etiam Aristot. edocet in Ethic. cū summum bonum virtutem cum honestate esse dixerit, quamuis honestatem ibi latius assumpserit. hanc eandem sententiam sequuntur Glossatores nostri in d. l. iustitia. & in §. iuris, Inst. de iure nat. vbi honestā vitam reducant ad mores. Honestè igitur viuere, id est, sine peccato, est legibus præceptum.

89

† Respondeo, quòd sicut leges Ciuiles deriuantur à lege naturæ, vt in c. i. distin. i. & supra satis. ita necesse est, quòd præcepta prima & vniuersalia sumant ab eadem lege naturæ, quibus præceptis vniuersaliter præcipitur, quemcunque viuere secundum naturam: & ita loquitur Aristot. & iura superiora, sed particulariter nõ debet lex Ciuilis, vel etiam Canonica punire & corrigere quodlibet vitium, vel peccatū, ne omnes leges reddatur frustratorix, vt supra, & ita intelligas ista: quamuis ille Theologus & Dom. Ioan. And. velint facere differentiā inter ius Canonicum & Ciuile. Nam ad prima præcepta omnia vitia prohibentia, nulla est differentia, quia in hoc imitantur legem diuinam & naturalē. Nam ad particularem etiam castigationem eadem ratio versatur in iure Canonico, quæ in Ciuili, vt supra. Cogita.

90

† Secundum est, in quo non placet sententia prædicti Theologi, quòd leges Ciuiles valent circa vsuras, quia eas relinquunt impunitas: & hæc talis permissio non est improba, cū nec permittant vsuras tollendo impedimentum volentiū eas impedire, nec vsurisdent iura-

iuuamentum. Ioan. Andr. ibidem dicit, hoc non esse verum, quia certum est leges statuere modum vsurarium, vt in l. eos. C. eod. & patet hoc, quia vsuræ appellantur legitimæ, item datur actio ex stipulatu, & censentur debitorum, vt in l. si non sortem, in princip. de cond. indeb. & in l. quamuis. C. de vsur. quinimò etiam ex pacto nudo quandoque datur ius agendi ad vsuras promissas, vt in l. etiam. ff. de vsu. & in l. frumenti. C. eod. & in l. eos. §. 1. Igitur à lege habent fomentum, & lex eas approbat, vt in l. legitima. ff. de pact. & faciunt not. in l. i. de testa. inf. quod necessariò probatur, quia cùm obligatio sit iuris vinculum, vt Inst. eod. in princip. & iure ciuili obligemur ad vsuras soluendas, sequitur, ius ciuile vinculare ex tali promissione, vnde error est nimis patens, dū docet, quòd ius ciuile se habet, vt per simplicem permissionem, quia dimittit vsuras impunitas, non tamè præbet fomentum, quod planè falsum est. Subiungit tamè Domi. Ioan. Andr. quod dictum fratris Gerardi potest defendi considerando, quod leges veteres sint correctæ per leges Authenticorum.

Aduerte, quòd quamuis leges essent correctæ, quam disputationem ad inferiora suspendo, tamen ex hoc non potest saluari illius Theologi sententia, quia aut leges disponendo permittunt vsuras, & non valent, quia sunt correctæ, aut consistunt in iure & validitate Authenticorum, quibus est comprobatum Conciliū Nicenum vt in Authen. de Eccles. tit. in princip. & certum est, quod concilium Nicen. non permittit vsuras negligendo earum punitionem, quinimò detestatur eas, vt in d. c. quoniam 47. dist. Idem igitur de iure Auth. † quia approbantis & approbati eadem est sententia, vt in l. i. de vet. iur. enulea. C. vnde glossæ tenent, quòd vsuræ hodie de iure ciuili sunt prohibitæ, vt in c. quid dicam 14. q. 4. in c. quia in omnibus, de vsu. in Auth. ad hæc. C. co. tit. in d. Auth. de eccles. tit. in princip.

Item aduerte, quod Dom. Ioan. And. non respondet fundamento Theologi, qui ita arguit. Illud ius, quod

non cominatur, nec imponit pœnam propter vsuras, videtur permittere indulgendo pœnam, non autem coadiuando. Sed ius ciuile non imponit pœnam, nec comminatur vsuras, ergo &c. Ita ipse. Ego miror quod hic Physicus & Metaphysicus talem conflauerit consequentiam. Nam quamuis verum, quod qui non imponit pœnam, ex hoc ipso non approbet, tamen si alias approbauerit, & si verum sit, quod non imponit pœnam, falsum tamen est, quod non approbet, & sequeretur ex suo argumento, quod omnes leges aliquid inducentes vel approbantes non inducerent vel approbarent, quia verum est, eas non imponere pœnas, sed ex hoc non sequitur, non inducere vel approbare. Et ita est in vsuris, quibus legibus ciuilibus non imponitur pœna & legibus ciuilibus approbantur, & recipiunt fomentum, quod intellige intentionaliter, non verè, de quo infra.

92

† Quid tamen dicendum, an verè & realiter legibus approbantur. Respondeo, quod ex auctoritate glossarum constat, non approbari, quæ hanc habent rationem, quia ab Authenticis approbantur quatuor concilia, & inter illa Nicen. quod punit vsuras, vt in d. c. quoniam. Sed si animaduertas illum textum, loquitur in clericis, in quibus detestatur & punit vsuras, non in laicis. Item in eadem Authen. de eccles. tit. 5. si autem distulerunt, præcipit solui vsuras in certo casu. Idem in Authen. de vsu. naut. quod est sequens ad illud. Nec dicas casus esse speciales, vt dicebant glossæ. Nam generaliter & specialiter peccator eandem habet prohibendi rationem, nec habet excusationem ex fauore piæ causæ, vt in c. super eod. titu. & ita docet dom. Abb. in c. cum sit generale, de for. competen. 7. colum. vbi concludit, quod de intentione Imperatoris non est expressè prohibere vsuras.

93

† Leges igitur vsuras permittentes dicendum est non valere, quicquid dicat ille Theologus. Ratio est, quia non respondet principijs iuris naturalis & diuini,  
à qui-

à quibus leges deriuantur. Nam natura sunt prohibitæ, vt pluribus rationibus probatur in dicto Mercuriali 3. col. in fin. & vtraque pagina detestantur, vt in d. c. super eo. & sunt per se simoniacæ, vt not. in c. ex parte. de offi. deleg. Non igitur possunt comprobari iure ciuili, vt in c. fin. ea. dist. & patet ex his, quæ dixi supra in questione de præscriptione malæ fidei. Et hoc idem probatur à defectu iurisdictionis legislatoris, qui non potest comprobare, quæ de se improba sunt, vt in c. final. de conf. in c. fina. de præscriptio. Item in materia peccati statuere non poterat, vt in c. nouit. de iudic. & in c. venerabilem. de elect. Igitur sunt nullæ, vt in c. vt animarum. de consti. libr. 6. & in ista sententia fuit dom. Abb. in d. c. cum sit generale & alibi, quæ sententia satis plana est.

† At si dicas, quòd leges illæ præsupponunt in vfu- 94  
ris naturalem obligationem, vt in d. l. si non sortem, in princip. & in l. quamuis. C. eo. Ergo naturam non sunt prohibitæ. Responde & negari non potest natura esse prohibita, vt in dicto c. super eod. iuncto c. 1. & 2. i. distin. & ideò falsum est, quod nascatur naturalis obligatio, nec est mirum, quòd leges errauerint, quia omnia non sunt perfecta iustitia cognita, nisi post Christi nostri Redemptoris aduentum, vt in c. 1. 15. quæst. 3. & ecclesia in eius doctrina successit, vt in c. significasti. de elect. & in c. filius. de testamen. quod docet S. Doctor 4. senten. distinct. 33. vbi tractat de matrimonio & concubinato, & nos dicemus in l. prima. §. ius naturale. infra eo. † Facit senten. M. Tull. qui dicebat philosophiæ 95  
esse noscenda præcepta, viuendum autem esse ciuilitate: Satis igitur constat ius ciuile non persequi perfectam semper philosophiam, cum ab ea quandoque differat, quod videtur timere I. C. cum dicat, veram (nisi fallor) philosophiam prosequentes, vt in l. i. ff. de iustit. & iur. & imò dicebat alibi Cicero, nos umbra & imaginibus iustitiæ uti, vt inā (inquit) eas ipsas consequeremur, nec eius sententiam teneas, dum dicit, quod ciuilitate est viuendum,

uendum, & non præceptis veræ philosophiæ. Nam si philosophia continet veram iustitiam, ex ea viuendum est, non contra eam. Sed hæc ipse, vt fatetur in libr. de Rep. obumbratus dicebat: nos verò à cœlo iam habuimus veræ iustitiæ lumē, vt Lactan. lib. de fals. sap. c. 34.

Fatebimur ex his, quòd cùm Imperator legem Evangelicam profiteatur, & se ei subijciat, vt in l. cunctos populos. C. de summa Trinit. & fid. Cathol. & sanctas Ecclesiasticas regulas, quæ à quatuor concilijs editæ sunt, vicem legum suarum obtinere sanciuuit. Quæcunque igitur dogmata exposita ibidem, vel firmata sunt, tamque scripturas sanctas & sicut leges dicit se obseruare, in d. Auth. de eccles. tit. in princi. Idem fatetur in Auth. vt cleri. apud prop. episc. & in Auth. quomodo oport. episc. in princi. Cùm igitur vsuræ sint prohibitæ veteri testamento, & nouo, & eadem prohibitio sit confirmata iure Canonum & in eisdem concilijs scilicet in concilio Nicenensi, vt in c. quoniam 47. dist. Dicendum est eandem regulam esse approbatam lege ciuili, quia illa est legis Euangelicæ & diuinæ, qua se subiectum & qua se & omnes subditos viuere debere profiteretur: item illa est firmata in concilio Nicenensi. Item illa est regula sacra & sacras regulas, id est, sacræ scripturæ, omnibus dicit esse leges. Item super vsuris, & rebus spiritualibus fatetur leges Canonicas in omnibus validas eisque subijcitur, vt in dictis Auth. † & vsurarum crimen esse ecclesiasticum planè constat in c. dispensiosam. de hæret. & not. in d. c. cùm sit generale, cum simil. Vnde veram credo opinionem glossarum iuris Canonici & ciuilis, & fuit Ioan. & Azo. in d. Auth. ad hæc. & Azo in d. Auth. de eccles. tit. in princip.

Nec obstat responsio Abbatis, quod dictum c. quoniã loquitur in clericis, quod negare non possum. Sed nec Dom. Abb. negare poterit, ibi turpe lucrum vsurarium appellari. Item dicitur, qui exercent eas oblitos esse diuinæ scripturæ, quæ scriptura vsuram detestatur. Igitur hoc ipsum ab Imperatore approbatum negari non poterit,

terit, quia concilium ex diuina scriptura præcipit, & exponit, vnde leges antiquæ, & hæc comprobatio non possunt simul stare, quia antiquis legibus comprobantur, hæc lege vt turpes detestantur. Antiquitus † enim datur ex stipulatu actio, vt in l. eos. C. cod. hodie verò dari non posset, etiam Imperatoris intentione, quia turpem causam continet stipulatio in c. debitores. de iure iu. & in l. generaliter. de verb. oblig.

98

Nec obstat argumentum Abbatis, quod ab eadem Auth. vsura permittatur, vt in §. si autem hæres. Nam ibi est vsura id est interesse rei legata, quod verè non est vsura, quamuis sit lucri cessantis vt latè not. in c. conquestus. de vsur. & ibi Doct. & idem Abb. Nec obstat quod de nautico fœnore dicitur, de quo inferius. Vel potest etiam euenire, quod generali intentione Imperatoris se subiiciunt legibus diuinis & Canonicis, & quod iustitiam ignorauerit in vsuris, quam si sciuiisset, non edidisset tam inutiles leges, & à vera iustitia abhorrentes. Vnde tenenda est eius vniuersalis intentio, quæ approbauit legem euangelicam & eius præcepta, & concilia prædicta, & quicquid Ecclesia in rebus spiritualibus statuerit. Rursus cum ille Theologus, quem in hoc sequitur Ioan. Andr. subiungebat rationem, quod cum lex ciuilibis tendat in ciuilem amicitiam & societatem ciuilem maximè curet, si per prohibitionem aliquorū vitiorum ciuilibis societas lædatur, à tali prohibitione se præseruat, & ita est in cōtractu vsurarum, cuius prohibitione non debet ciuilem amicitiam impedire. Ego certè hanc rationem vt iniquam ferre non possum.

† Quid enim est dicere, quod castigando & puniendo vsuras impeditur ciuilibis amicitia, quasi dicere velint, quod castigando rapinas impediatur ciuilibis amicitia. Vsura enim rapina est, quia vsus rapiatur, vt in c. si quis vsuram 14. q. 4. Igitur apud ipsos ciuilibis amicitia & societas rapinis conseruatur. Præterea secundum Aristot. fœlicitas humani generis in virtute cōsistit, & virtus semper cum vitio pugnat. Rursus finis legum tendit ad

99

ad fœlicitatem humanam, vt omnia hæc patent eius auctoritate in libr. Ethico. & nos supra docuimus, & ostendimus legibus. At cum hoc sit vitium, vt etiam ipsi fatentur, aduersatur virtuti, ergo vsura non conuenit fini legum, id est, societati humanæ, & per consequens eius castigatio conuenit cum fine, vt in l. prima, infra eod. ibi, non solum metu pœnarum &c. & in c. factæ 4. distin.

Item omnipotēs pater, qui omnia perpetua & æterna ratione gubernat, vt in c. gloriosus Deus, de relig. & vene. sanct. libr. 6. si vidisset exercitium ipsarum vsurarum esse vtile & necessarium ad humanam societatem, non tantum detestatus fuisset tale exercitium, quia ius & ratio naturalis, quæ aduersatur vsuris, tendit ad finē conseruationis generis humani, vt S. Doctor in d. quæst. 60. artic. 2.

Item dum ipsi adducunt Aug. in lib. 1. de lib. arb. lib. quod lex ciuilibus multa concedit & impunita relinquit. quæ per diuinam prouidentiam vindicantur. Aduerte quod ipse idem August. subiungit hæc verba. Nec enim, quia lex ciuilibus non omnia facit, ideò quæ facit improbanda sunt, ita ipse: Sed hoc est improbandum, quia vsura est detestabilis, & lex ciuilibus iniuste eam iustam credidit. Igitur auctoritas Augustini non habet locum in vsurarum legali dispositione, quia Augustinus loquitur in casibus, quibus ius ciuile cessat, quæ cessatio quodammodo dicitur concessio. Hoc probatur, vt dixi, quia Augustin. subiungit, quod ea quæ lex ciuilibus facit, non sunt improbanda, quamuis omnia non facit.

100

† Præterea quamuis lex ciuilibus non puniat, nec punire debeat omnia peccata, ea autem, quæ in præiudicium proximi fiunt, punire debet, quia hoc maxime tendit ad ciuilem societatem, ita dicebat S. Doctor in d. quæstio 96. artic. 2. & hoc modo intelligit auctoritatem August. quod etiam lege Euangelica & Canonica

nica comprobamus. Nam in Euangelio dicitur, si peccauerit in te frater tuus, corrige eum inter te & ipsum solui, &c. Demum dicitur, si te, nec illos audierit, dic Ecclesie, & ex ista igitur lege Evangelica sumitur modus procedendi per viam denunciationis, vt in c. nouit. de iud. Vnde non est iste casus talis, quod lex positiua debeat supersedere a castigatione, & relinquere diuinae prouidentie. Cum igitur ex rapina vsurarum in tertium, recte dicitur legem ciuilem non debere supersedere in punitione talis criminis. Cuius punitione quam maxime pertinet ad humanam societatem ¶ vsurarum, quippe vorago animas deuorat, & facultates exhaurit, vt in c. primo de vsur. libr. 6. Hinc est, quod quamuis Ecclesia cognoscit an sit vsura vel non sit vsura, tamen vsuris potest etiam ab Imperatore poena imponi, quia talis castigatio pertinet ad ciuilem societatem & humani generis foelicitatem, vt dicimus etiam de haeresi, vt in c. cum secundum leges, de haere. inquisitionis. §. prohibemus. eod. titul. libr. 6. vbi prohibetur, ne iudices seculares cognoscant de haeresi, tamen postquam cognitum est, poenis legum subiiciuntur & tunc traduntur executioni, quando contractus est a iudice Ecclesiastico vsurarius declaratus, vt in dicto c. cum secundum leges, & c. post miserabilem. de vsur. & ita intellige opinionem Hugo. & Laurent. & notatur in Clement. dispendiosam. de iudic. in verb. vsuris. quae est in ista sententia. ¶ Et vide Docto. in c. post miserabilem. de vsur. & Cardin. & Anton. & Abba. in d. c. cum sit generale, qui communiter tenent in casu claro posse iudicem secularem pronunciare, & punire vsuras, vt Bartol. in l. 2. de iurisdic. omn. iudic. & in l. Titia, solut. matrimo. quia discernere de vsura pertinet ad Ecclesiam. Vnde vsurae iudicium Ecclesiasticum est, sed castigatio vsurae vel ex vsura iudicium bene potest ad iudicem secularem pertinere, de quo alias differendum.

101

102

† Sexto



† Sextò principaliter infero, quòd in nullo casu v-  
sura est permiffibilis vera iustitia. Nam cùm de se tur-  
pis sit & inhonesta, ius ciuile vel Canonicum non po-  
test eam reddere nõ turpem, naturalia quippe à iure in-  
feriori non mutantur, vt in §. sed naturalia. Inst. eod. &  
in l. has obligationes. ff. de cap. dimi. cum mille simil. à  
superiore autem id est à Deo mutari possunt, vt in c.  
gaudemus. de diuort. Hinc inferas contra aliquos, qui  
dicunt in casibus specialibus permitti vsuras, vt in glo.  
in Auth. adhæc in vltim. verbis. C. de vsur. & Bart. in l.  
at qui natura §. non tantum. ff. de neg. gest. vbi dicebat  
casum esse specialem, quo maritus vsuras dotis perci-  
piebat etiam de Canonico iure, vt in c. salubriter, de  
vsur. idem dicebat Bald. in Authen. & qui. C. de bon. au-  
cto. iud. poss. in vlti. car. verb. quæro mulier missa, vbi  
dicebat non solum marito deberi vsuras dotis, vt in c.  
salubriter, sed etiam vxori soluto matrimonio à fortiori  
ratione, idem Bald. in l. fin. §. prætereà. C. de iur. dot. &  
plures Doct. in l. Titia & in l. diuortio. solut. matrimo.  
Nam tu clarius dices, si in nullo casu vsuram esse per-  
missam asseras, quia (vt dicit Cice. lib. 3. Offic.) nunquã  
est vtile peccare, quia semper est turpe. Idem etiam  
in c. super eo. de vsur. Nec in c. salubriter permittitur v-  
sura, sed fructus rei pignoratae habentur loco interes-  
se, & ita not. gloss. in d. c. conquestus, & hoc idem pon-  
derabat dom. Ioan. Andr. in reg. peccatum, de reg. iur.  
libr. 6. & eo modo seipsum videtur intellexisse Bart. in  
l. in insulam. §. vsuras. solut. matrimo. dicit enim non  
esse vsuram propriè, sed marito id permitti tanquam  
proprium interesse, & ita tenent omnes Canonistæ in  
d. c. salubriter.

Ego verò diligentius credo aduertendum ad intel-  
lectum textus illius & de eius ratione in text. expressa.  
Quid enim facit talis ratio, quòd frequenter dotis fru-  
ctus non sufficiant ad onera matrimonij supportan-  
da? Nam quod sufficiant vel non sufficiant non facit  
ad rationem, quòd fructus vel fructuum interesse de-  
beri

beri censeatur. Igitur interesse dotis non videtur considerandum. † Aduerte, & nunc intelliges medullam illius cap. de qua Bononiæ vidi plures Docto. voces effudisse, ego verò qui tunc scholaris eram in circulis disputando, ita considerabam & in primis præsupponebam, quod textus ille loquitur in fundo à patre generi in pignus dato, vt ex literis patet. Rursus dicebam, quòd dos, iure naturali debebatur filix à patre, vt in c. cum haberet. de eo qui dux. in matrimo. quam pol. per adult. l. prima. §. ius naturale, infra de iustit. & iur. in c. ius naturale. l. distin. Pro. in l. fina. C. de dot. & in l. qui liberos, de rit. nupt. Nam dos datur loco alimentorum, quæ debentur iure naturali, vt in c. per vestras. de don. inter virum & vxor. & latè Bartol. in l. Marcius. §. duobus. de lega. 2. in 3. quæstio. Dos igitur est constituenda ad sufficientiam alimentorum, ad quæ pater omninò tenetur, vt in l. si quis à liberis, §. non tantum alimenta. de libe. agnoscen. ff. vbi non tantum ad alimenta tenetur pater sed etiam ad alia necessaria, vt ibi & in l. si filia. §. 1. fam. ercis.

104

Tertium considerabam, quod aliquando euenit, quòd dotis fructus nò sufficiunt ad onera matrimonij, vt in d. l. si filia. §. 1. & in d. c. salubriter.

† Quartum considerandum erat, quod serè semper hoc est contingibile, & euenit in facto, quod pignus excedit valorem debitæ quantitatis, aliàs in tam tuto non esset creditor, vt in §. fin. Instit. quibus mod. recircont. oblig. l. quamuis. ff. de pig. act. At considerabam etiam, quod legislator semper considerat & incompensat qualitatem, naturam & consuetudinem, quæ solet haberi in re, de qua agitur, vt in l. prima. §. final. si mens. fals. mod. dixer. & ad ea iure adaptamur, quæ contingibilia sunt, vt in l. nam ab ea, de legat.

105

† His igitur præpositis fingebam casum, quid si pater fundum genero pro dote in pignus dederit, an  
F sit

106

fit gener compellendus, vt fructus in sortem computentur. Respondetur non esse compellendum.

Sed ego oppono. Certè esse potest, & contingibilis est, vt fructus fundi pignori obligati excedant vsuram, id est, interesse dotis, vnde ex pignore magis haberet gener, quam haberet ex re promissa. Hæc est vera dubitatio, & hucusque quoad illum textum inconsiderata, ad quam respondet ratio text. quam nunc adaptabis veræ dubitationi, quod non est mirum, generum non computare fructus dotis, sed simpliciter eos sibi habere, quia frequenter dotis fructus non sufficiunt ad onera matrimonij sustentanda. Nam vt pater filia alimenta tenetur præstare, & alia sibi necessaria, ita dotem his sufficientem, & sicut maritus eam alimentaretur, quamuis dos non sufficeret, vt in d. l. si filia. famil. exciscun. ita quamuis aliquid excedat interesse dotis, æquum est marito id applicari, vt not. Barto. in l. diuortio. in princip. solut. matrimon. 3. quæstio, & id est, quod dicitur in ratione huius cap. Igitur habes verum & salubrem sensum ad c. salubriter, † ex quo infero quod in casu illius cap. non consideratur simpliciter interesse dotis, patet, quia euenire potest, & frequentius accidit, in fructus rei pignoratæ excedant interesse quantitatis, & tamen quamuis excedant, gener habebit eos. Ergo ita simpliciter non consideratur interesse solum, sed hoc etiam consideratur, vt habeat eos fructus, quamuis excedant interesse, quia frequenter dos non est sufficiens ad onera, ad quæ pater iure naturæ tenetur.

307

308

† Vnde inferatur, quod si extraneus daret dotem, posset petere, vt fructus compensarentur, si excederent interesse dotis, quia tunc cessat ratio textus. Nam extraneus nulla tenebatur obligatione, nisi ex promissione, quam nuper ad dotem fecit. Non igitur tenetur ultra interesse dotis. Vnde si non compensantur,

rentur fructus interesse excedentes, videtur usura. Et nota ista, quia sunt noua, & habent subtilem & æquam interpretationem, & ex his multa inferre poteris in materia. Vides itaque, vt eo, vnde digressi sumus, redeamus, in dict. c. salubriter non contingit casum usurarium, nec esset possibile, vt ius Canonicum aliquam usuram permitteret: quia tunc non esset ius, & degeneraret à lege æterna, & naturali, à qua deriuatur. Sed intelligendo vt Doctores reduci possent ad casum in quo sit usura, ideo assumat interpretationem, quam inueni.

Nec obstat argumentum, quod sumitur ex Do. Antonio quod cum interesse dotis sit incertum, compensatio debet esse incerta, vt in c. salubriter. Nam quamuis sit vtrunque incertum, tamen de consuetudine pignoris est, vt fructus excedant interesse, quia pignus præstat valorem, vt supra exposui, & text. recte sentit excessum ad interesse dotis, cum dicat, quod aliquando dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij. Et videtur Bald. idem sensisse, quamuis in hoc ipso non satis aduertat, quod in casu c. salubriter usuræ sunt reducibiles ad interesse quantitatis debitæ, & ideo non esse usuras improbandas, & ita dicit in l. final. §. præterea. C. de iure dotium, 2. column. versicul. adhuc. Tu dic non esse usuras, quamuis excedant quantitatem, vt supra. Sed hæc disputationis gratia dixi, sit nobis satis constans illa applicatio, quam ad rationem textus sum interpreta-tus.

† Septimò infero ad differentiam, quæ per omnes traditur in alimentis filij ex incestis nuptijs nati. 109  
Nam de iure Canonico pater tenetur ei alimenta præstare, vt in c. cum haberet. de eo, qui dux. in matrimo. quam poll. per adult. sed ius Ciuile dicebat, nec eum esse alendum, vt in Auth. ex complexu. C. de incest. nupt. & in corpore. vnde sumitur, & in Auth. licet. in fi. C. de nat. lib.

nat. lib. Vnde Ioan. de Imol. in l. ex facto. §. si quis rogatus. cl. 1. §. col. in versic. item prædicta, tenet, quod in prouincijs subiectis Ecclesiæ obseruabitur ius Canonicum, in prouincijs vel Ciuitatibus imperio subiectis obseruaretur ius Ciuile, vt per gloss. in c. fina. de arb. lib. 6. & idem tenet Felinus in c. Ecclesia S. Mariz. de constit. colum. 18. versic. primus erit, faciunt not. in Cle. dispen. de iudic. & in reg. possessor. de regul. iur. lib. 6. vbi iuribus discordantibus quodcunque in proprio foro obseruatur.

Tu perpensius animaduerte, & in primis id considera, quod præstare alimenta habet æquitatem & casum naturalem, vnde in quocunque foro habet iustitiam. Nam quamuis incestuosus sit, non ex hoc creaturæ cuiusque sunt neganda alimenta, quia verum est eum creatum, & creatus est à causis naturalibus & à lege æterna dependentibus. Igitur decet hominem creatum conseruare, nec conseruaret forsitan alius, quàm pater, quia pater genitor est, & causa amoris necessaria in eo manet. Hæc est igitur ratio, quare pater eum alere tenetur, maximè quòd est creatura ad imaginem Dei à causis naturalibus producta. Nam vt dicit August. in lib. de bono coniu. quod transferbitur in c. sicut latius 32. quæst. 4. Semen hominis ex qualicunque homine sit, Dei creatura est, nec ipse habet vitium ex se, nec peccauit. Igitur non est necandus alimentis prohibitis, vt in l. necare. ff. de ali. leg. Itaque ista causa habet naturalem æquitatem, quia ab æterna ratione procedit, vnde vbicunque essent seruanda.

Item hoc idem patenter ostendit text. in c. cum haberet, vbi text. ille non disponit, quasi de nouo disponat, sed quasi iustitiam naturalem ostēdat. Cùm enim matrimonium reprobasset, & filios declarasset illegitimos eos his verbis Episcopo loci commendat: solitudini tuæ intererit, vt vterque liberis suis, secundum quod sibi suppetunt facultates, necessaria subministret.

ministret. Ecce quod sollicitudinem excitat ad iustitiam, vt necessaria liberis etiam ex damnato matrimonio subministrantur. Non ergo est ius nouum, sed ad æquitatem naturalem ferè per se sine lege notan. exhortatur & inducit Episcopum. Quid igitur dicendum de lege ciuili, an erit nulla?

† Responde dupliciter. Primo modo, quòd ius ciuile se habuit non tanquàm prohibens alimenta præstari, sed tanquàm omittens iuris robur & fomentum exhibere, ex quo alimenta præstantur, quia iure ciuili non tenetur præstare, non quòd prohibuerit, sed quòd omiserit ingerere ciuilem obligationem ad præstanda. Huic sensui satis adaptatur verba Auth. ex complexu, ibi, indigni beneficio, vt nec alantur à patre. Itaque ius ciuile excludit eos à beneficio iuris ciuilis, non tamen negat, alimenta eis præstari iustè posse. Eadem verba inseruntur in d. Authen. licet in fin. & idem videtur sensus Authen. vbi sumitur. Ius itaque ciuile cessat in beneficio alimentorum ob detestationem criminis.

Vel aliter, si hoc tibi displiceat, dicas, quòd ius ciuile iudicat alimenta non præstanda ex criminis detestatione, quod videtur probabilius, cum dicat, quòd omni prorsus beneficio secludantur, & cum dicat in Authen. vnde sumitur quod nec alendus est à patre, & in Authen. ex complexu, ibi, indigni beneficio, vt nec alantur à patre. Ius ergo ciuile iudicat eos indignos alimentorum, & non alendos, ius verò Canonicum exortat sollicitudinem vt alantur. Itaque iudicium diuersum est, vnde si primo modo intelligis, quod ius ciuile cessat. † Certè Canones erunt seruandi eo casu, quo iustitia ciuilis cessat, vt in c. licet ex suscepto &c. ex tenore. de for. competen. & prout in casibus, in quibus à Canone non est determinatum, sequimur determinationem ciuilem, vt in c. 1. de no. oper. nuncia. & in c. primo de re iud. & in c. 2. de spon. impu. ita dum lex ciuilis omittit aliquem casum, cuius iustitia à iure

Canonico determinatur, determinatio Canonica est tenenda etiam in foro seculari: vt argumentatur text. in dict. c. primo de nou. oper. nunciat. & in c. clerici. de iudic. cum simil. Si verò teneas, quòd ius ciuile iudicet liberos non esse alendos, ius verò Canonicum esse alendos, quòd iudicium erit præferendum? Quippe ego crederem, iudicium Canonicum esse præferendum, quia habet & prosequitur iusticiam naturalem, vt supra est demonstratum, & ratio naturalis non recipit mutationem, vt in §. sed naturalia. Instit. de iur. natur. genti. & ciuil. † & quando Canones fundantur ratione naturali, præferuntur legibus in vtroque foro, vt in c. legere. 10. distinctio. & constat quòd iudicium iuris Ciuilis, quamuis habuerit rationem detestationis criminis, non tamen debet talis ratio ad eò extendi, vt necessaria alimenta homini ad imaginem Dei creato, denegari debeant. Nam in tali alimentorum negatione, non versatur vera iustitia, vt in d. c. sicut, & ideò exhortatur officium & sollicitudo Episcopi, vt ea præstari faciat.

Vnde dubito, an leges ciuiles, quæ neganda censentur alimenta, habeant rectum iudicium, & pendeant à lege æterna & naturali. Quòd si non pendent, non est dubitandum, non valere, nec esse leges, vt exposui latè supra in deriuatione legum. † Facit auctoritas Domini Abba. in dicto c. cum haberet, vbi tenet, quòd hodie etiam in foro ciuili est standum determinationi Ecclesiæ, quia ratione naturali disposuit liberos esse alendos. Et idem est ex sententia Bartoli in d. Authentico. ex complexu. vbi ex dispositione Canonum inferebat, quòd pater filio incestuoso poterat legare quantitatem ad alimenta sufficientem. Item dotare filiam, vel legare pro dote, quia sine dote non posset nubere, dos succedet loco alimentorum. Idem tenet latè Bartolus in l. final. 2. colum. versicul. quæro vtrum. ff. de his, qui vt indign. & in l. Marcius. §. duobus.

bus. de lega. 2. & in l. final. §. si à sobero. de his qui in fraud. credit. & cūm Bartol. loquatur simpliciter inter laicos, non sentit differentiā inter forum Canonicum & Ciuile. Quod idem probatur ex d. c. cūm haberet, qui inter laicos loquitur, & ramen Episcopus hanc iustitiam exhibere debet, at habemus regulam, quod quando inter laicos iudex Ecclesiasticus iustitiam exhibet, eam debet exhibere secularis in foro seculari. Patet, quia in defectum secularis exhibere tenetur Ecclesiasticus. Igitur tenetur non deficere argu. c. licet. de iureiu. lib. 6. Vnde non possum assistere domino Io. de Imol. & domino Felin.

† Ex his infero contra intellectum & sententiam Baldi in d. Authent. ex complexu, qui dicit, quod spurij sunt alendi de æquitate Canonica, vt in c. cūm haberet, sed hoc non putat verum in nefarijs incestuosis, vt in d. Authent. ex complexu, ita quod concordat ius Canonicum & Ciuile, & ista concordia à pluribus tenetur. Ego sanè libenter acceptarem concordiam, si ratio consentiret, sed certè discordat. Nam quæ ratio alimentorum est in spurio, eadem est in nato ex damnatis & incestis nuptijs. Ad alimenta enim non est æquum, vt odium & pœna procedat, vt supra satis. Quocunque igitur modo creatura nascatur, alenda est, & non necanda. Hoc enim sibi pugnaret, vt ei natura nasceretur, & ei negarentur alimenta, de quo supra. Quod etiam strictius probatur. Nam in c. cūm haberet, damnatus erat coitus, ad eò quod perpetuò coeuntes subijciunt pœnæ: attamen aluntur filij. Item in Authentic. ex complexu distinctiue dicitur, quod filij ex incesto complexu aut nephario, seu damnato. Sed hic complexus est damnatus. Ergo sequitur damnato etiam succurrendum alimentis, vt in dicto c. cūm haberet, & eodem modo in Authentic. licet, quod ex condemnato coitu natis non sunt præstanda alimenta: attamen contrarium

114



cauetur, in dicto c. cum haberet. Item eodem modo dicit Imperator in Authen. de incestis nupt. in fin. quod aduersatur copulationes legibus contrarias, & ob hoc excludit ab alimentorum beneficio, vt in dictis Authen. & in Authen. Vnde sumitur, tamen ex odio legis non sunt excludendi filij ab alimentis paternis, vt constat in d. c. cum haberet. vbi text. magna detestatione & odio prosequitur talem complexum: tamen iuste declarat odij rationem, non esse trahendam ad alimenta. Vnde satis constat, quod ratio, quare ius civile secludit incestuosum ab alimentis, non est sufficiens ad excludendum. Item ratio, qua ius Canonicum declarat alimenta esse concedenda, habet locum etiam in incestuosis, cogita.

115

† Secundo infero contra determinationem Ioan. de Imol. in d. l. ex facto. §. si quis rogatus in d. 5. colum. vbi dicebat, quod sicut pater non tenebatur alere filium, quamuis eundem videret ex hoc necare, ita nec filius egentem patrem alere teneretur, argumentum est optimum in d. Authen. licet, quia eadem est ratio de filio ad patrem, quæ est de patre ad filium, vt etiam dicebat Azo in summa. C. de naturalib. Quinimò maior ratio videtur de filio ad patrem, quia filius sine culpa est, pater autem magno se miscuit crimini, vt in Authen. de incest. nupt. in princip. Vnde minus esset patri à filio subueniendum, idem tenuit Salic. in d. Authen. ex complexu.

Sed ego crederem, quod de iure Canonico in vtroque foro pater sit alendus etiam à filio incestuoso, quia vinculum paternum ad alimenta non decet impediri ex incestu, & mirandum est, quod Ioan. de Imol. considerauerit necare eum, qui alimenta negat, & quod à filio patrem vel à patre filium, necari consentiat. Hoc enim contra legem esset, cum lex ipsa nec incestuosum patrem, nec filium occidendum præcipiat, & cum occidendus esset, quippe ab alio esset occiden-

occidendus pater, non à filio, nec filius à patre. Vnde nec filius potest negare alimenta patri, nec pater filio, in d. l. necare, de alim. lib. & in l. si quis à liberis. §. si vel parens, eod. tit.

† Nec obstat, quòd pater peccauerit: Nam non peccavit in filium, nec tale peccatum (vt dixi) aufert alimenta: vnde dicendum, quòd ratio text. in d. l. si quis à liberis, §. si vel parens: habet locum in vtroque foro, & in vtroque foro compelletur filius incæstuosus alere patrem per rationem, C. cum haberet: quamuis Dom. Ioan. de Imol. contra teneat. & Dom. Feli. in hoc non consentiat. Et hæc nostra sententia videtur confirmari ab Azone in Summa, C. de leg. hæred. circa finem. & à Bart. in l. i. ff. de his qui. vt ind. vbi dicunt, quòd eodem modo, quo succedunt filij spurij parentibus, eodem modo parentes succedunt ipsis: & vt dixi, ibi tenet simpliciter dispositionem Canonicam, vnde ex sensu Barto. ibi infero contra Ioan. de Imol. quòd si filius patri spurio legaret pro alimentis, valeret tale legatum etiã in foro seculari, sicut valeret, si pater filio legaret. † Tertiò infero ad not. in l. quia semper, de in ius vocan. infr. vbi not. glo. quòd incæstuosus potest patrem vocare sine venia in iudicium. Idem tenet Iaco. But. idem Odofr. in l. parentes. eod. tit. Ioan. de Imol. in d. l. ex facto, §. si quis rogatus. fundamentum sumunt, quia patri potest negare alimenta, quod est necare. Multò igitur minùs debet veniam petere. & dicit Alexand. in d. l. ex facto, §. si quis rogatus. quod est communis opinio: quæ quamuis communis sit, mihi certè ratione non constat. Imò cum fundamentum non sit iustum, vt iure Canonico & ratione naturali dilucide patet, non potest iustum esse, quod superædificatur, vt in c. Paulus, 1. quæst. 1. & in c. maiores, de baptis.

116

117

Quinimò contrarium satis suadetur, quia reuerentia, ex qua venia petitur, prouenit à causâ etiam naturali: nam generaliter, quibus debetur reuerentia, non

F 5 possu-

- 90  
 118 possumus sine iussu prætoris in ius vocare, vt in l. generaliter, eod. tit. † Sed quis dubitat etiam filium in-  
 cæstuosum genitori debere reuerentiam, quòd natura ipsa absq; constitutione ostēdit? Vidimus enim adu-  
 lterinos & incæstuosos amari & reuereri patrē. Igitur petenda erit venia, quod etiam ratione probatur: nam illa reuerentia & amor filiorum est à natura communi, in qua & nos & cæteri animantes conuenimus. vt in l. 1. §. ius naturale, infra cod. Vnde illa natura non distinguit inter patrem spurium, & legitimum, quia genitorem natura verum est patrem esse, & ob hoc ipsum amamus & reueremur eum: igitur petenda erit venia, quæ ex reuerentia naturali habet fundamentum.
- 119 † Hoc idem confirmatur, quia in materia naturali certè nomine patris etiam pater incæstuosus veniet, nec in hoc habet locum distinctio de legitimis ad spurios, quia est natura communis, vt in l. hos accusare, §. in omnibus, de accus. & ibi Bartol. idem infert ex text. facit text. in l. tutelæ, ff. de cap. dimi. vbi quando verbo naturali parentum leges disponant, non attendimus legis Ciuilis dispositionem, sed ipsam naturam. Quod etiam probatur in his, quæ pertinent ad matrimonium: nam sanguinis coniunctio non potest negari: idè affinitas etiam inter spurios vim suam habet, vt in l. non facile, §. affines, ff. de grad. & ibi nota. Reuerentia itaque quæ patri vt genitori debetur, non est neganda spurio, & quòd patri vt genitori, & non vt legitimo debeat, patet, quia naturali debetur, quamuis non sit legitimus, vt in l. parentes, cod. tit. de in ius vocan. vbi naturalis in ius vocare non licet, quia vna est omnibus parentibus debita reuerentia, ita text. sed pater incæstuosus vel spurius pater est, igitur ei reuerentia debetur. † Reuerentia enim à natura est, non à lege, vt ibi text. Item argumentum & fundamentum Doctorum non obstat, cui non video responsum per Dom. Alexand. in d. §. si quis rogatus. quòd alere non tenetur pater: ergò nec filius
- 120

lius reuereri eum. Conuerte argumentum, alere tenetur pater, ergo filius debet hanc naturalem reuerentiam, quam recte cognouit textus in d. c. cum haberet.

Nec consonat ratio Dom. Alexand. in d. §. si quis rogatus, ubi dicebat, hanc opinionem posse defendi ratione. quia alias in actu punitiuo, & qui meretur poenā, mitius puniretur spurius, quam naturalis & legitimus: & plus valeret castitate luxuria contra ea, quæ traduntur in Auth. de restit. & ea quæ in xj. men. §. si ita Dom. Alexan. Ego certe aliter rem ipsam considero.

Et primo, cum dicitur, quod loquimur in actu, qui meretur poenam. hoc facile negari potest: quia de hoc ipso dubitamus, an mereatur poenā ex eo, quod debitū nō præstitit reuerentiā, quia de se non est verū, quod inius vocare sit actus punibilis: dubitatio igitur est, an debeat reuerentiā, quia ex hoc infertur ad poenam, si indebitē eum vocauerit. & ita Bart. in d. l. quia semper. intelligit titulum illū vt fauorabilem patribus, nō vt filiis odiosum. Item si ex peccato debemus luxuriā condemnare potius quam castitatē, certē conuertetur argumentū contra Do. Alex. quia pater est peccator, non filius. Igitur cōuenientius videtur, vt patri reuerētia non debeat, quam vt filius ex hoc ipso puniatur. Sed utroque modo argumen. nō habet locū, quia cōsideratur reuerentia vt causa prima, ex qua in edicto caueter, ne sine venia debeat vocari, vt per tot. tit. quod si sine venia fuerit vocatus, tunc punitur, vt in l. pen. ff. eod. Nos igitur de poena non dubitamus, sed de reuerētia, quæ cum a natura proueniat, & verum sit eum esse patrem, necesse est, vt debeat, vt in d. l. parentes. Ex his dabis illi textui pulchram interpretationem, vt in omnibus parentibus loquatur. Istam nostram opinionem tenet Azo in Summa C. de in ius vocand. Bart. in d. l. hos accusare, §. in omnibus, post 1. col. versic. oppono, quod seruus. & in l. 2. vers. quæro cum dicatur, eod. tit. de accul. & sæpius Bald. de quo vide Alex. in d. §. si quis rogatus. §. fol. vers. per prædicta.

Nec

Nec vltimò obstat, si quis Alex, opponat, quòd iure Ciuili non debentur alimenta : ergò eodem iure Ciuili nec venia erit petenda. Aduerte, quòd si dispositio legis Ciuilis in negandis alimentis iustitiam habuisset, tunc posset forsan argumentum valere : tamen cùm iam ostendimus iustitia ipsa alimenta esse præstanda, iniquè sit argumentum ab eo, quòd sint præstanda, nec ex tacitis argumentis sunt inferendæ conclusiones iniustæ, & quæ deuiant à debito fine, nec rectè deriuentur à lege æterna & naturæ.

121

† Ex his quarto infert ad id, quod dicit Speculator in tit. de accusa. in prima parte, circa principium, quem sequitur Ioan. de Imol. in l. Lucius, §. fin. de legat. 2. & idem sentit in d. §. si quis rogatus. quem etiã refert Alex. quòd qui ex damnato coitu nascuntur, non tenentur ex pœna legis Pompeiæ de parricidijs. Ego verò contrarium credo, & argumentum per se patet, quia hic patrem occidit, ergò patrem occidentis pœna punitur, vt in l. 1. ad l. Pompei. de parricid. ff. & in §. alia deinde lex, Instit. de publi. iudic. Hoc idem iterum patet, quia pœna illa persequitur eos, qui omninò affinitatis eius nuncupatione parricidij continentur, vt in d. §. alia deinde. sed affinitas naturalis paterna contrahitur inter patrem & filium in cœstuosum, vt in l. & nihil, ff. de rit. nupt. & in c. discretionem, de eo, qui cog. cont. vxor. Igitur continentur in l. Pompeia. Itaque cùm filius in cœstuosus, vel spurius occidit patrem, quem pro patre habebat, dicendum est, incurrisse pœnam parricidij.

122

† Quomodo autem probetur pater in cœstuosus, vide not. per gloss. in c. Michael, de fil. presbyt. & ibi Dom. Anton. & in hac nostra sententia habemus Ioan. And. in c. statutum, cl. 2. de hæred. lib. 6. in verb. volumus. per rationem, ne plus habeat luxuria, quàm castitas. Non enim sunt plus puniendi legitimi, quàm spurij. Idem tenuit Cyn. & Bald. in l. quisquis, C. ad legem Iul. Maieft. Idem Bald. in c. nonnulli, §. sunt & alij, de rescrip.

script. Idem sentit Barr. in d. l. 2. de accusat. & in d. 5. in  
 omaibus: & in hoc ostenditur, quia corrumpit eorum fun-  
 damentum. Nam ipsi dicebant, quod pater non teneretur  
 alere, ergo eum necare videatur, qui negat alimenta,  
 sequebatur non esse puniendum ex parricidio, ut in  
 d. Authent. ex complexu. ubi amittit nomen patris. &  
 cetera. Responde, quod amittit vel non habet nomen pa-  
 tris illa consideratione civili. Eodem modo August. di-  
 cit, cum non esse filium, ut in c. sic non sunt, 32. quaest.  
 4. sed hoc ad quandam detestationem dicitur: Nam se-  
 cundum eundem August. alendus est, ut in c. cum ha-  
 beret. quia quoad naturam pater est, ut in d. 5. in omni-  
 bus, cum similibus. Nec recte respondet Dom. Ioan. de Imo.  
 quod in d. 5. in omnibus, loquitur de naturalibus in ser-  
 vilitate conceptis: nam natura generationis communis,  
 de qua ibi, non recte restringitur ad casum particula-  
 rem, cum Iureconsultus communem naturam appel-  
 let, & eam esse communem a seipso patet, quia ita po-  
 test generari incestuosus, prout legitimus, & reliqua.  
 Item secundum eorum argumenta cum alendus non sit,  
 ergo necandus est. Sed abicit a iuris & iustitiae perito tale  
 consilium: sequendum est igitur ius Canonicum, quod  
 veram declarat iustitiam.

† Octavo principaliter infero, an vera iustitia fi-  
 lius naturalis tantum, vel vulgo conceptus, succedat  
 matri simul cum legitimis, de qua successione habemus  
 legem expressam in l. si qua illustis, C. ad S. C. Orfi. glo.  
 in c. nisi cum pridem, in verbo, manzeres. tenet, succe-  
 dere simul cum legitimis. Idem tenet Dom. Abb. in c.  
 cum haberet, in fin. de eo qui dux. in matr. quam poll.  
 per adult. & in c. tanta, qui fil. sunt legit. ubi tam de  
 Canonico iure, quam de Civili id fatetur verum ex pra-  
 dicta gloss. & in eadem sententia est Hostien. in c. lator,  
 eod. tit. & gloss. ubique. cum nullam faciant differen-  
 tiam de iure Civili ad Canonicum. Fundamentum Do.  
 Abb. & Hostien. est, † quod cum hodie de iure Civili e-  
 tiam omnis illicitus coitus sit damnatus, ut in Authen.  
 de le-

123

124

de lenonibus, colum. 3. & in Authent. scœni. muli. col. 5. & in Authent. vt non luxurietur, col. 6. vnde Legislator dicit sapius se castitatis amatorem. Item in istis Ecclesiasticis se subijcit Ecclesiæ, vt in Authen. vt clerici apud præ. episco. Sed Imperator prout potest legitimari per rescriptum, vt in Authent. quib. mod. nat. effie. legit. ita per legem generalem potest habilitare naturales ad successionem. Itaque quamuis coitus sit reprobarus per suas leges, tamen voluit, vt remanerent leges de naturalium successionem disponentes, ita ipsi.

† Ego accuratius cogitandum credebam : nam hæreditatis filiorum ratio à iure naturali, & à lege æterna habet dependentiam, vt in c. ius naturale, prima distinctio. in l. cum ratio, ff. de bon. damna. Sed filij naturales tantum non sunt successores iuris naturæ, quia matrimonium est de iure naturæ, vt in l. i. §. ius naturale, infra cod. & in c. gaudemus, de diort. & in c. i. de vot. & vot. redempt. libro 6. Igitur filij, qui non sunt secundum legem naturæ, non debent esse successores ex principijs eiusdem legis, maxime cum legitimi & naturales tantum concurrunt, quod ratio ipsa & natura tibi ostendit. Fingas filium in matrimonio secundum ius naturæ genitum, deinde patre mortuo, vidua mater meretricia turpitudine inuoluitur & coinquinatur, ac filium genuit ex contu à lege æterna & naturali prohibito, vel antequam matrimonium contraheret, meretrix genuit filium, deinde in matrimonio alium filium habuit, certè iniquum est, vt vterque filius par sit in successionem, quæ iure naturæ competit. Hoc idem nobis constat ex scriptura veteris Testamenti, vbi dicitur ad Abraham : Eijce ancillam, & filium eius: Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ. Vnde dicitur in c. dicat aliquis, 32. quæstio. 4. quod filius concubinæ non est hæres, ideò nec susceptus filius nec successionis potest esse hæres, nec sanguinis vt dicebat Ambros. in sermo. de S. Ioanne, qui sic incipit:

pit: Diximus in superiori Dominica, quod transferitur in d. c. dicat aliquis. vides idcirco, quod filius vulgò natus non potest matri esse hæres cum ipsis legitimis.

Nec obstat fundamentum gloss. & Docto. nam l. si qua illustris, dum dicit, quod cum legitimis succedit hoc habet fundamentum, quia concubina ex licita consuetudine filium genuit, vt patet ibi ex verbis finalibus: sed constat hoc successionis fundamentum esse iniustum, vt etiam ipse Hostiens. & Dom. Abb. fatentur: ergo non est iusta successio. † Concubinatus enim 126 permissus erat à iure Ciuili, vt in l. final. de concubin. ff. & in hoc ipso ius Ciuile à vera iustitia discedebat: quia à iure naturæ est matrimonium, vt supra, & iure naturæ prohibita est fornicatio, vt tenet S. Doctor. & ego latè expono in d. l. i. § ius naturale, infra eod. & patet in Lege veteri, cum dicitur Abraham: Eijce ancillam, & filium eius. At (vt sæpiùs dixi) quodcunque in Lege veteri vel noua circa mores præcipitur, id est ex iure naturæ, vt in § fin. c. non est peccatum, 6. distin. & in l. etiã noua. fornicatio est prohibita. Cùm igitur lex ciuilis approbasset concubinatu, in hoc ipso discedit à principijs suis, & à lege æterna: vnde non est lex, vt in c. consuetudo. & in c. erit, 4. distin. nam nec fundamentum habet, nec legis potestatem: quia lex inferioris non potest valere contra legem superioris, à quo inferiora ordinantur, vt in l. nam magistratus, de arb. ff. & in c. omnes principes, de maior. & obed. Cùm igitur Iustinianus hoc iniusto fundamento licitæ fornicationis dicat, ex concubina genitum admittendum cum legitimis ad succedendum in bonis fornicariæ mulieris, vt in d. l. si qua illustris. dicendum est, nec talem successionem esse iustam.

† Nec obstat, quod Dom. Hostiens. & Dom. Abb. 127 dicebant, à lege Imperatoria concubinatum esse prohibitum per Auth. de lenonibus & scœni. mulie. & cæt. nam falsum est, quod Iustinianus probauerit concubina-  
tum,



tum, & quòd permiserit successione: quia qua lege dicit naturales succedere, eadem dicit consuetudinem concubinariam esse licitam, vt in d.l. si qua illustris. Itaque Iustinianus licitum credidit concubinatum.

Nec obstat, quòd sit castitatis amator: nam qua lege commendat & colit pudicitiam & castitatem, eadem permittit concubinatum, & censet licitum esse, vt vides in d.l. si qua illustris. vbi dicit hanc legem ipsi pudicitiae, quam semper colendam censemus, meritò dedicamus. & paulò inferiùs subdit, filios genitos ex licita concubinaria, consuetudine succedere in bonis maternis simul cum ipsis legitimis.

128

† Quid autem est dicendum de Authent. Respon-  
deo, quòd meretricium genus & scenicum est detestabile, & reprobatum de iure Ciuili, quo iure Ciuili summa commendatione fertur castitas, & pudicitia, vt in d. Authent. Ex hoc ipso non improbatur concubinatus, vt patet in d.l. si qua illustris, in 1. responso & 2. & in hoc consistit deceptio. Fateor tamen, concubinatum vera iustitia improbum, nec credas, quòd eò quòd sit concubinaria còsuetudo sit licentior, quasi consuetudine minuatur peccatum: Nam verè detestabilior est, quàm simplex fornicatio, vt in c. cum tanto, de consue. & in d.c. cum haberet, de eo qui dux. in mat. quam polli. per adult. & not. in c. ex parte Adæ, de testib. In hoc igitur deceptum fuit ius Ciuile, quòd iniustum iustitia naturali crediderit ciuiler.

Nec obstat, quòd Ecclesiasticis constitutionibus subijcitur, & eas imitari dignum ducit, vt in Authent. apud pro. Episc. in princip. & in c. clerici, de iud. Quin-  
imò euitat omne peccatum, & cauet saluti animarum, vt in Authent. vt non luxurietur, suprà allegat. quod ego fateor intentione & sine vniuersali, quia idem est finis, quo ius Ciuile & Canonicum tendunt, vt suprà in princip. huius tractatus. In particularibus tamen aliquando, licèt rarissimè, ius Ciuile defecit in saluati suo, & deuiat à lege æterna & naturali, à qua

VINA

vim legis & originem sumit. Et in hoc certè fateri cogimur, veram Dei Ecclesiam, pro cuius fide Author nostræ salutis **CHRITVS** summa miseratione rogavit, vt in c. maiores, de baptis. perfectiùs statuere plerunque & mitiùs discedere à recta via iustitiæ, quæ à primo principio, quod est bonum, tendit ad veram fœlicitatem, vt latè patet in aliquibus casibus ciuilibus à iure Canonica iustius emendatis.

† Nec obstat, quòd si quis in proposito dicat, quòd supradicta loquuntur in successione paterna : secùs est in materna successione, quia summa est differentia de vna successione ad reliquam, vt in Authent. licet, C. de nat. liber. & in l. si qua illustris, suprà alleg. & in §. vulgò, Instit. de success. agnat. & in §. nouissimè, Instit. ad Orfic. 129

Respondeo, quòd eadem est ratio iustitiæ, tam in ipsa fœmina, quàm in masculo : quia eisdem præceptis & eadem iustitia prohibetur concubinatus, & successio illegitimorum cum legitimis, vt in d. c. dicat aliquis. & in c. meretrices. & in c. nemo. eadem causa & quæstione.

Verùm aliquis ex dictis nostris inferret, quòd naturalis non possit succedere matri, etiamsi non habeat legitimos. Respondeo, quod in veteri testamento est prohibitus succedere cum legitimo.

An autem cum cæteris cognatis sit prohibitus succedere secundùm veram iustitiam, sententiã pro nunc suspendo. Sat est, conclusisse, quòd cum legitimis fratribus non succedit: de iure verò Ciuili cautum est eos succedere, vt in l. hac parte. & in l. spurios, ff. vnde cog. vbi iure & æquitate cognationis succedunt in bonis maternis, de quo satis dubito.

† Ex his etiam inferitur, an in duabus vncijs, in quibus naturales, non existentibus legitimis, succedunt, vt in Authent. quib. mod. nat. eff. sui. §. si verè filios. iuste succedant. glo. in d. c. nisi cùm pridem. & in c. tanta, qui filij sunt legit. & Dom. Abb. ibi. & in c. cùm haberet. 130

G beret.

beret. & Hostiens. in d. c. lator. sunt in sententia, quòd iustè succedant, & fundamenta sunt eadem, de quib. suprà. Goffredus in d. c. lator tenuit contra : quia omnis concubitus præter vxorius, est prohibitus de iure, vt in c. meretrices. & in c. nemo, 32. quæst. 4. & huius auctoritate confirmantur omnia, quæ superius dixi. Ego ita distinguerem, aut in illis duabus vncijs succedunt loco alimentorum, & rectè possunt : quia quamuis ius succedendi non habeant, habent tamen ius alimentorum, quod eis conceditur æquitate naturali, vt in d. c. cùm haberet. & quamuis tota hæreditas non succedat loco alimentorum, sexta tamen pars videtur æquabilis, vt patet ex sententia Bald. in l. id quod pauperibus, penult. colum. verbo, aduerte, de episcop. & cleric. & facit in argumentum lex finalis, in princip. de excr. act. aut cõsideramus fundamentum iuris Ciuilis, quòd honestum credidit concubinitatum : & tunc certè ex eo, quod ex concubina sit genitus, non debet habere ius succedendi : & ita habet locum ratio Goffred. facit quod tenet Bart. in l. fin. de his quib. vt indig. & in d. Authent. ex complexu. quòd ibi non competit ius succedendi, potest legari ad alimenta. Idem Dom. Abb. in d. c. cùm haberet. & est doctrina, quæ passim sumitur ex d. c. cùm haberet. facit text. in d. Authent. licet, c. de nat. lib. & d. §. si verò. vnde sumitur. vbi dum filij legitimi succedunt, vel etiam alij hæredes, tenentur naturalibus alimenta præstare eo casu, quo non habent prædictas duas vncias. Itaque illæ duæ vnciæ videntur sibi esse loco alimentorum : & isto modo rectè ius Ciuile potuit eos facere successores. Nec generaliter placeret ratio ipsius Hostiensis & Dom. Abb. quòd prout rescripto potest facere naturales legitimos, ita lege. Rescriptum enim debet habere causam specialem, quare legitimet : & quamuis valeat legitimatio consentiente patre, & eo, qui legitimitur, quia de nullius præiudicio agitur, cùm pater quemcunque velit, possit hæredem instituere, vt

in §.

in §. illud, in Authent. quib. mod. nat. eff. sui. & Barto-  
 in l. Gallus, §. & quid si tantum, in fin. vbi latè differui-  
 Tamen si lex ipsa generaliter legitimaret omnes natu-  
 rales, esset iniqua; & contra bonum matrimonium,  
 quod tendit ad fœlicitatem generis humani. & eius  
 conseruationem, vt in l. i. sol. matrimo. † Matrimo-  
 nium enim, vt inquit Tull. seminarium est ciuitatis &  
 generis humani. At si dicas, quòd lex Ciuilis facit istã  
 legitimationem, quando est concubina vnica, & retenta  
 in domo, ex qua proles eodem modo conseruatur, ac  
 si esset matrimonio coniuncta, vt dicit Imper. ibid. se,  
 cùs si plures haberet concubinas, propter confusionem  
 quia in tali casu non concedit successionem, & dicit se  
 castitati legem dare, non luxuriæ: vnde castum censet  
 eum, qui vnica[m] habet concubinam, & quando plures  
 habet concubinas, dicit cum omnibus fornicari.

131

Respondeo, quòd non sufficit, quòd sit vnica con-  
 cubina, quia à lege naturæ non debet esse coniunctio li-  
 bera, sed indissolubilis, & hæc est conuenientior ad fi-  
 nem conseruationis generis humani. † Vnde matrimo-  
 nium indissolubiliter fuit institutum ab initio,  
 cum primus homo omnium parens dixit in paradiso,  
 Hoc est os de ossibus meis, & caro de carne mea: & pro-  
 pter hoc homo relinquet patrem & matrem, & adhæ-  
 rebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: quod latè  
 scribitur in c. i. de vor. lib. 6. in c. debitum, de bigam. &  
 cùm matrimonium sit de iure naturæ, vt in d. §. ius na-  
 turale. & sit coniunctio indiuiduam consuetudinem  
 vitæ continens, vt Instit. de patr. potest. in princip. †  
 Dicendum est etiam, ex concubina vnica iniustos, &  
 extra legem naturalem esse filios: vnde nec propriè  
 castè viuunt, nec lege legitimari possunt, maximè vt  
 succedant cum legitimis etiam maternis, quia per re-  
 scriptum se abstinet Imperator à tali legitimatione,  
 vt in dicto §. illud. facit quod dicebat Bald. quòd Im-  
 perator legitimans naturalem extantibus legitimis.  
 erat vna bestia, in c. final. si de feud. fuer. controuer.

132

133

inter dōm. & agnat. sed nunquā ego potui fingere, aut imaginari bestiam legitimantem, dixi in vlti. verbis, in §. & quid si tantum, sup. alleg.

134

† Ex his videtur tollenda differentia inter filios natos ex concubina, & natos ex alia, quæ non sit concubina, dum probetur filius, de qua probatione vide in c. per tuas, de probat. & in c. per tuas, qui filij sunt legitij. & in d. c. Michael, de fil. presbyt. Nam si ynciæ duæ possunt relinqui, hoc non prouenit iuræ legitimo successione, sed vi rationis alimentorum. At alimenta etiam spurij debentur, igitur etiam si non sit ex concubina, debentur: & hoc est de mente Canonistarum, vt Abb. in c. tanta, ferè ad finem. vbi dicebat, ex concubinato augeri peccatum: vnde non esse fauendum magis natis ex concubina, quàm ex simplici fornicatione, quia diurnitas peccatum aggrauat, vt in c. cum haberet, supra alleg. & ita dicit hæc esse intelligenda de iure Canonico, vt ego addo ita intelligendum secundum veram iustitiam. Vnde illa differentia iuris Ciuilis non est tenenda †, facit gloss. in c. innotuit, de elect. in verbo, coniugata, in fin. vbi probatur iuncto textu, quod filius naturalis natus ex soluto & soluta, legitimitur per subsequens matrimonium, etiam si fuerit genitus furtiuo accessu: similis est in c. qualis, 30. quæst. 5. idem tenet Ioan. Andr. Dom. Anton. & Dom. Abb. in d. c. innotuit.

135

Nec obstat, quod iura Ciuilia requirant, ex concubina esse genitum, vt latè not. in l. concubinam, ff. de concubin. ex quibus Bartol. tenuit, ibi requiri, vt esset concubina retenta in domo, ad hoc, vt legitimarentur per subsequens matrimonium. & sequitur eum Pet. d. Anchar. & consuluit Oldrad. tamen veriùs est, vt matrimonium efficiat eos legitimos, quia ratio concubinitatus non facit nisi ad probationem: nam detestabilior est, quàm simplex fornicatio, vt supra. At nos loquimur in casibus, in quibus probatur eorum esse filium, vt not. in d. c. Michael. & in d. c. nihil. ita dum constat,

vt

vt constare potest, contrahentium filium fuisse reputatum & creatum, nulla ratio impedit legitimationem. Vnde in hoc non tenerem considerationem Authenticorum, quæ requirunt, ex concubina esse genitos, vt in Authent. quib. mod. eff. sui. §. tribus. & §. si quis autem. Nam hoc nullam habet causam iustiore, nisi probationis: sed probatur sufficienter secundum rei naturam, vt not. in d. c. Michael. igitur non requiritur concubinatus.

† Hinc etiam infertur, an requirantur instrumenta dotalia? & de iure Ciuili requirebantur, sed Canon. non requirit talia instrumenta: sat est, quod matrimonium interueniat, quod consensu constat, vt in c. cum locum, de spons. & in c. tanta, qui filij sunt legitimi. ita notatur in regula, sine culpa, de regul. iur. libro 6. vbi Ioan. Andr. in Mercurialibus. & not. in c. tanta. Dom. Abb. ibi, & in c. innotuit. quod non habet dubitationem. Eodem igitur modo dicendum est de successione duorum vnciarum, quia eadem ratio: nam concubinatus nihil facit ad iustitiam successionis. Aduertendum est tamen, quod Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. qui fil. sint legit. circa princip. tenet, quod si non sit natus ex concubina retenta in domo, non succedit, per Auth. licet, C. de nat. lib. cum l. præcedenti. & in Auth. quib. mod. eff. sui. §. si quis autem, gloss. etiam tenet hoc in d. c. nisi cum pridem. & in c. per venerabilem, qui filij sint legit. in verbo, naturalibus. Idem sentit Spec. in tit. de success. ab intest. vers. nunc de naturalium. & Dom. Abb. in d. c. innotuit. † Nam secundum Speculatorem tria requiruntur, vt quis dicatur legitimus: Primum, quod sit natus ex soluto & soluta, inter quos potuit esse matrimonium. Secundum, quod sit natus ex concubina retenta in domo. Tertium, quod sit ex concubina vnica: quæ tria sumuntur à legibus, vt in d. Auth. licet. & in Auth. vbi sumitur. & eod. tit. §. illud.

Ego verò quamuis ista tria video considerata, tamen solum vnum video iustitia considerandum, scilicet

licet quòd sit natus ex soluto & soluta, inter quos potuit esse matrimonium: reliqua enim non habent iustitiæ fundamentum, nec ratione constat, scilicet quòd sit ex retenta concubina. Quid enim si ex furtiuo coitu, vt in c. innotuit, supra alleg. Minorem enim habet turpitudinem, quàm si furore continuo diuturnum sit peccatum, vt in d. c. cum haberet. nec id requiritur, quòd sit vnica concubina, quia quauis cū pluribus se immisceat, tamen eadem est ratio succedendi, dum nō cum eadem semper, sed cum diuersis coit.

138

† Fatendum forsitan esset, detestabilius esse, plures habere concubinas, quàm vnā solam, vt in d. Authen. licet. & in §. si verò. vnde sumitur, tamen ad succedendi rationem, dum constat eorum filios esse, credendum foret, idem ius esse, quia illud, in quo succedit, est loco alimentorum, vt supra. & his pariter debentur alimenta. Præterea ratio, quare ius Ciuile considerauit, quòd esset natus ex concubina, est, quia licitum credidit concubinatum, vt in d. l. si qua illustris. sed hoc fundamentum est vera iustitia correctum, vt in c. nemo, 33. q. 4. supra allega. Ergò leges illæ remanent exangues, & sine iuris virtute: & hoc argumentum sentit Abb. in c. per venerabilem, super glo. in d. vers. non naturalibus, penul. col. & cum argumento remanet.

Nec obstat, quod dicebat Do. Abb. in d. c. innotuit, vbi tenuit contrarium casum esse de hoc apertum in c. liberi, quod est c. fin. 32. q. 4.

139

† Nam ibi dicitur, naturales esse nati ex ingenuis concubinis filij: sed ex hoc non sequitur, quòd reliqui, qui non sunt ex concubinis, non sint naturales: quia ideo dicuntur naturales tantum, quia sola natura eos genuit, & non honestas coniugij, vt ibi dicebat Isidor. Hoc igitur nomen rectè cadit in ipsos, ius verò Ciuile appellauit spurios eos, qui non sunt ex concubina, quamuis sint ex soluto & soluta, vtputà, vulgò genitos, vt in d. l. si qua illustris. quia hi extra puritatem sunt geniti. Sed nec quia concubina gignuntur, purissimi

mi sunt, sed ius Ciuile habuit considerationem liciti concubinatus. Ideò strictè solùm nomen naturalium adegit natus ex concubina. Sed iuris Canonici veriori declaratione nos aliter sentimus: vnde non teneo, quòd Dom. Abb. in d. c. innotuit. referebat, statutum de naturalibus disponens, debere intelligi de natis ex concubinis, & non de natis ex furtiuo casu, vel aliter ex muta. Nam quoad natiuitatem & gignandi peccatum, minùs peccant taliter coëntes: vnde talis differentia interpretatio non habet discretionem iusti ab iniusto: & ideò non est tenenda, vt in l. i. in princip. infra eod. Nec obstat intentio iuris Ciuilis, distinguentis, quia iam à iure Canonico declarata est iniusta, vt fatabatur idem Abb. in d. c. per venerabilem. & ego supra ostendo.

† Ex his etiam inferri potest, quòd cum in duabus vncijs non sit legitima successio in naturalibus ex concubinis natis, nisi per rationem alimentorum, & cum alimenta debeantur spurijis, vt in d. c. cum haberet. (cuius rationem latè superius ostendo) ad talia alimenta etiam spurios in duabus vncijs succedere. Sed verius est, quòd nullo iure patet successio duarum vnciarum, nisi natis ex concubinis, vt in d. Authen. licet. quamuis per eandem rationem succedere debeant etiam reliqui naturales, in quibus & in omnibus reliquis spurijis patet ius alimentorum, vt in d. Auth. licet. & in d. c. cum haberet. Cogita.

† Nonò infero ad quæstionem, An pater naturalis filiam teneatur dotare? Barto. in l. si quis à liberis, §. vtrum. tenet non teneri, & dicit esse casum in l. vxorem, §. pater naturalis, de legat. 3. Idem tenet ibi Bartol. cum gloss. in l. fin. C. de dot. prom. post 1. col. versic. sed nuncquid. vbi etiam dicit casum esse expressum in d. §. pater naturalis. Idem tenuit Bar. in l. i. sol. matri. 3. col. vers. item contra. Sed contra istam conclusionem patet argumentũ tam de iure Ciuili, quàm de iure Canon. quia videmus, quòd filijs naturalib. sunt debita alimẽta de iure



Ciuili non solùm à patre, sed etiam ab hæredibus, vt in Auth. licet, C. de nat. lib. & in Auth. quib. mod. nat. eff. sui. §. si verò filios. & §. si. Item de iure Canonico nõ solùm debentur alimenta naturalibus, sed etiã spurijis, vt in d. c. cùm haberet. † Sed constat, quòd de alimentis ad dotem valet argumentũ, vt in isto eodem proposito infert Iaco. But. Pet. & Cyn. in l. nec mater, C. de iure dot. Idem Bart. in l. Mæuius, §. duobus, de leg. 2. vbi dicebat, quòd hæredes patris non possunt repetere dotem filię restitutam, & à patre datam : quia de iure Canonico pater tenebatur eam alere, & dos ipsa fuit data loco alimentorum. Ratione igitur magis naturali filię erit dos debita, etiam iure Ciuili alimenta debentur: facit quod tenet Cyn. in l. non omni, C. de administrat. tut. vbi concludit, quòd cùm frater teneatur alere sororem, teneatur eam dotare. Idem tenet Bald. in l. fin. de his quib. vt indig. & in Authen. ex complexu, C. de incestis nupt. vbi infert ipse, quòd cùm iure Canonico tenetur alere spuriam, teneatur eam dotare. Idem tenet de filia sacerdotis, in l. final. §. si focer, de his quæ in fraud. cred. vbi dotem datam filię sacerdotis, excusabilem dicit, cùm eam alere teneretur, & ideò dotare: videmus tamen, quòd filia naturalis, quæ alenda est, non est dotanda, vt in d. §. dater naturalis.

Dominus Ioan. de Imol. in d. l. Mæuius, §. duobus, 3. col. versic. extra, gloss. adde. soluere vult, & fatetur, quòd in illo §. pater naturalis, probatur, patrem non teneri ad dotandam filiam, & ideò non acquiritur mulieri dos, quia pater fuerat sibi stipulatus reddi dotem : secùs tamen est, si pater simpliciter dotem dedisset: per ea, quæ habentur in l. fin. de dot. pro. quæ lex videtur posse intelligi de patre naturali. Hucusque Imol.

Tu imprimis annotabis, Dom. Ioan. de Imol. non satis sibi constare, cùm dicat, quòd pater naturalis non teneatur dotare, & quòd l. fin. habet locum in patre naturali : nam l. fin. dicit patrem teneri ad dotandam filiam

filiam, & in hac ratione fundatur. Ergo pater naturalis tenebitur dotare. Rursus cum dicit, quod pater fuerat stipulatus sibi reddi dotem post mortem mulieris, hoc certe magis arguit, quod pater eam dederit liberaliter, quam ad compensationem fideicom. quod filiae debebat, quia si dedisset ad compensationem, non licebat stipulari sibi reddi dotem, quam dederat ex bonis alienis, & ita Bar. ibi sentit, quod ex eo, quod sibi reddi fuit stipulatus, videtur de suo dedisse, sed quia dedit nomine filiae, ideo non censetur, quod ex animo dedit - vt donaret, ita Bart. Ego responderem, quod obligatio alimentorum tendit ad necessitatem naturae, vt exposui supra in princip. 7. illationis, & satis patet in d. c. cum haberet & in d. Auth. licet.

† Sed si filia habet ex bonis propriis, vnde dotari & ali possit, certe cessat necessitas alimentorum, & per consequens dotis obligatio, quae in locum eius succedit, & ita loquitur text. in d. §. pater. vbi ex casu patet, patrem habere fideicommissa filiae debita, & cum dubitatur, an dos sit promissa ex bonis paternis, vel ex bonis filiae, constat filiam non egere dote paterna ad alimenta necessaria, cum ipsa habeat, vnde alatur, & ita dicebat Bald. in l. nec mater. C. de iure dot. quod ille §. debebat intelligi, quando filia non erat inops, vel habebat aliquod exercitium, vnde posset sustentari, & tu vides, quod casus expressè loquitur, quando habebat filia bona ad dotem sufficientia, facit quod tenent per text. ibi Pet. & Cyn. quos etiam sequitur Bald. quod mater tenetur dotare filiam inopem, si ipsa bonis abundat.

† Remanet tamen dubium, quod variè text. in l. fi. C. de dot. promiss. habet locum etiam in filia naturali, cuius verba subijcio. Nec enim leges incognitae sunt, quibus cautum est, dotem pro sua dare pro genie, paternum esse officium. Vnde etiam si ipsa habeat, vnde dotari possit, nihilominus pater de proprio tenetur eam dotare, quod videtur æquum etiam in patre naturali, cum ipse sit pater, & teneatur eam alere, vt in d. Au.

thenticis. Et certè videtur paternum esse officium præbere alimenta, etiam si aliunde ali possit, quia hæc est obligatio naturalis, quæ non cessat ex eo, quod aliunde possit ali. Cogita: Nam etiam secundum hoc responderi posset ad d. l. Mæuius. §. pater naturalis, quod ibi pater ex suo non censetur dotasse, quia nomine filix dedit ex bonis eius pater, quia si filia ratum habuerit eius nomine data remanet, & quod nomine filix factum non erat, non poterat ratum habere, ut in l. si pupilli. §. sed & ego. de negot. gest. & ita soluebat Bartol. in d. §. pater, quamuis in alio proposito, dum tenet, quod etiam extraneus debitor simpliciter dotando videtur ex proprijs bonis promittere dotem, ut in l. cum his. §. 1. de condict. indeb. ff. Et idem tenebat Iacob. de Arena & Cyn. quos ipse sequitur, quanto igitur magis in parte naturali. Vnde textus ille non probat, quod pater naturalis non teneatur dotare filiam etiam aliunde habentem, & certè nisi pater inops videtur eius obligationem naturalem instare, nec tolli ea ratione, quod ipsa habeat, nisi tollatur ea ratione, quod ipse non habeat, vnde dotare possit. Sed super his ut dixi cogita. Sat est, quod pater alimentare tenetur tam naturalem, quam etiam spuriam, vnde tenetur eam dotare, ut in d. c. cum haberet, quamuis aliter alibi Bartol. sentiat. Sed ita est interpretandum, ut dixi, quia ista necessariò reducuntur ad principia iuris naturalis, quibus alimenta non sunt neganda creaturis quocunque modo natis, ut in c. sicut satis, 32. quæst. 4. & in d. c. cum haberet.

145

† Decima principalis illatio est, quia de iure Canonico dictum arbitratoris potest homologari, per text. in c. per tuas. de arbit. sed secus de iure Ciuili, quia quamuis tacitè per taciturnitatem 10. dierum, vel expressè per subscriptionem possit arbitrium homologari, non tamen dictum arbitratoris, ut in l. penult. C. de arbi. C. Vnde ius Canonicum seruetur tantum in terris Ecclesiæ subiectis, ius verò ciuile in terris subiectis imperio.

perio, ita dicebat Ioan. de Imol. in repet. c. quinquauallis. de iureiu. in 8. car. vers. Vndecima differentia, quon re- fert & sequitur Felin. Sandeus in c. Ecclesia S. Mariæ. de constit. post car. 4. vers. secundus effectus, & eadem est sententia Alex. in l. ait prætor. in 2. col. de re iud. ff.

Hæc verò aliter intelligēda ego credebam, & primò considerabam fundamentum iuris Canonici, deinde ciuilibus subsequenter quid utroque iure sit diuersum vel contrarium. Fundamentum igitur iuris Canonici est, quòd sententia arbitri, in quem est compromissum, valet, quia etiam si nuda conuentione sit compromissum, tamen conuentiones habent effectum de iure Canonico, vt in c. 1. & in c. studiosè. de pact. Ita tenebat Hostien. & do. Anto. & Abb. in d. c. per tuas. Nec tamen assentio dicto Hosti. qui dicebat idem esse de iure ciuili, ex l. diem proferre. §. si. ff. de arbit. & l. 1. in princip. ff. de pact. Nam non est verum de intentione illorum iurium, vt annotaui in repetit. c. 1. de pac. in penul. car. in 16. declaratio. At si sententia (vt ita dicam) homoletur, tunc ex illa approbatione secunda habet etiam valorem de iure Canonico, vt in dicto c. per tuas. vbi ea ratione requirebatur approbatio, quia ad consentiendum in compromisso non habebat mandatum. † Hoc 14. igitur quod dispositum est arbitro, eandem habet rationem in arbitratore, & amicabili compositore, quia si ex consensu & conuentione habeat efficaciam compromissum arbitri, habebit etiam efficaciam compromissum arbitratoris, in quo partibus communiter consentitur, & eodem modo confirmari potest eius arbitramentum, quia in utroque eadem versatur ratio. Fundamentum verò iuris Ciuilibus est, quòd nudæ conuentiones actionem non habebant, sed exceptionem, vt in l. iuris gentium. §. sed cum nulla. ff. de pact. Et idèd compromissum nisi fuisset stipulatione vel iuramento firmatum, non habebat efficaciam iuris, nisi ad excipiendum. Sed legislator deinde considerauit æqualitatem inter compromittentes obseruandam,

dam, & sicut auctori non competebat ius agendi, noluit ut etiam reo competere ius excipiendi. Item induxit modum, quo arbitratorum sententia confirmaretur, & iure valeret, & quando subscripta à partibus vel taciturnitate decem dierum corroborata, ut tunc iuris plenam efficaciam haberet, & executioni traderetur, ut in d. l. cum antea. C. de arbit. & ita declarat ibi text. & latius Bald. & isto eodem modo intelligunt Canonistæ in d. c. per tuas.

† Vides igitur diuersitatem inter ius Canonicum & ciuile, quia illo iure ex compromisso oritur actio & exceptio, etiam si sit compromissum vnde conuentione firmatum. Isto verò nec oritur actio, nec exceptio & reliqua, ut in d. l. cum antea. Ioan. de Imol. Alex. & dom. Fely. dicebant vtrunque suo foro, nec alterum in alio seruari, & habent fundamenta, quibus ego inferius respondeo.

Aduerte tu diligentius, quòd id quod in iure Canonico traditum est, debet obseruari in foro etiam seculari, & quamuis hoc dissonet à vulgi opinione, certè ratione constare videtur.

Considero igitur quod dispositio iuris Canonici habet naturalem & eminentem æquitatem. Nam si inter nos pacti sumus per compromissum, naturali iure tenemur conuenta obseruare, ut in l. i. ff. de pact. & in l. si Stichus. §. naturalis. de solut. Vnde constat, quòd lex Canonica habet fundamentum veræ iustitiæ, quia in hoc ipso deriuatur à iure naturali, prout deriuari netesse est, ut ostendi sup. in princip. huius Tractatus. Item ius Canonicum in hoc ipso auertit peccatum, ut in c. iuramenti, 25. q. 2. & in c. fin. de consuet. † Et cum fides sit fundamentum iustitiæ, ut inquit Tull. lib. i. de Offi.

ad humani generis conseruationem maximè pertinet, ut in d. l. i. in princ. ff. de pact. quo fit, ut lex Canonica in confirmando compromisso rectè tendat à vero principio ad debitum iuris finem, id est ad humani generis foelicitatem. At si dixeris, quòd cum ius Canonicum deuiet

deuiet à iure ciuili, vel ius ciuile à iure Canonico, necesse est, quòd alterum non iustè procedat. Attende, quod non se habent vt aduersa, nec vt ad diuersum finem tendentia, sed quod ius ciuile disponit, iustè disponit, aliqua tamen omittit, quæ sunt prouisa demum per ius Canonicum. Itaque habent se in his, non vt contraria, sed vt se coadiuuantia. Nam ex compromisso siue stipulatione vel iuramento ius ciuile non tribuebat iustitiam, non tamen ex hoc determinabat non esse tribuendam, sed prætermisit, & non prohibuit. Vnde iure Canonico prouidetur iustitiam esse tribuendam, quod probatur ex autoritate illius magni Theologi fratris Gerardi Senensis, quem sequitur D. Ioan. Anton. in re. possessor. & in re. peccatum. de reg. iu. quamuis in præscriptione sententiam suam malè adaptauerunt, vt supra in 2. illat. tamen in conuentione & in casu nostro rectè adaptatur, quia conuentiones nudæ præter leges sunt, vt not. in l. legitima & in l. iurisgen §. si paciscar. in vlt. glo. cum similibus. ff. de pact. quod etiam probatur ex vero sensu eiusdem legis. cum antea. vbi legislator emendat antiquam legum dispositionem, addendo tamen & generalius & plenius definiendo, vt patet in his verbis fin. Plenius tamen & generalius definimus &c.

† Vnde si ex nudo compromisso non tribuitur ius secundum ius Ciuile, dicendum est, quod secundum ius Canonicum est additum vt tribuatur, nec per hoc contradicitur. Patet, quia si iuramentum addatur, vel si stipulatione compromittatur, valet compromissum. Igitur ex hoc, quod iure Canonico etiam sine stipulatione valeat, non contradicit, sed habet se vt additamentum, vt dicebat Dom. Ioan. And. qui certè in hoc habet bonū & rectum sensum. Rursus considerandum, quod eadem ratione, qua leges sunt seruandæ in foro Ecclesiastico, in casibus à iure Canonico non prouisis, sunt seruandi Canones in foro seculari, dum ius ipsius causæ, de qua agitur, est commissum de iure ciuili, vt patet in d. c. 1. de noui

149

150 noui oper. nuncia. vbi in vtroque casu idem est argu-  
mentum & ratio. † Quinimo etiamli communis opi-  
nio interpretum legis ciuili teneat contrarium, nihil-  
ominus ex canone est determinandum, ita tenet dom.  
Anto. in c. 1. in princip. de iur. cal. ex tex. illo & in c. fra-  
ternitatis de test. in repet. in 2. colum. & in c. si necesse.  
de don. inter vir & vxo. Idem Ioan. de Imol. in c. rela-  
tum in 2. col. de offi. deleg. Dom. Abb. in c. cum tempo-  
re. de arb. in fin. col. Igitur ex hoc sequitur, quod Cano-  
nes conualidantes compromissum debent obseruari et-  
iam in foro seculari.

151

† Præterea hoc probatur: quia in materia peccati,  
quando ius Canonicum aliquid disponit, vt euitetur  
peccatum, leges ipsæ se subiiciunt iuri Canonico, vt no.  
Bartol. in l. priuilegia. C. de sacrosanct. Eccles. not. in  
in regu. possessor. de regul. iur. & Ioan. An. Cal. & Abb.  
in c. 1. de nou. oper. nuncia. su. al. Sed compromissi ob-  
seruatio prouenit ex præcepto naturali, & ne cõtra pec-  
cetur, vt supra probaui. & tenent omnes Canonistæ in  
c. 1. de pac. Igitur in hoc est seruandum ius Canonicum,  
vt in c. licet mulieres, de iureiur. lib. 6. & ita idem Ioan.  
de Imol. in c. cum contingat. in 5. not. in 3. col. notat ex  
mente legum & Canonum, & ex mente Doctorũ, quod  
in materia pacti debet seruari ius Canonicum etiam in  
foro ciuili, ne incurratur peccatum, vt in c. fin. de præ-  
scrip. vide ipsum. Cùm igitur ex compromisso etiam  
ante homologationem constet ius conuentionis obser-  
uandæ, sequitur etiam in foro seculari tale ius habere  
locum, quamuis idem Ioan. de Imol. & dom. Feli. tene-  
ant contra. Nec primò id obstat, quod iure ciuili tale  
compromissum non valet, vt in d. l. cum antea. serè  
ante finem ibi, nec parari ex eo vel exceptionem reo,  
vel actori actionem. Quia respondeo, quod imò non  
datur actio vel exceptio: quia ius ciuile non præstat  
præsidium vel fomentum, non quia prohibeat, quod  
satis probatur iterum ex eodem text. in princip. ibi.  
nihil præsidij ei procedere ex compromisso, ita quod  
non

non dat præsidium vel fomentum ius Ciuile, quod sese habet omittiue. Cùm ergo à iure Canonico detur præsidium, necesse est id obseruari etiam in foro seculari, quod etiam contra dom. Ange. ostendo in repetit. c. 1. de pact. in car. 12. versicul. 4. principalis declaratio, & hoc idem concluditur ex sententia Abbatis in d. c. 1. 2. colum. & in fin. vbi dicit præceptum illius c. cùm sit sub ratione peccati, inter Laicos & Clericos habere locum, quod ex principijs spiritualis iurisdictionis fateri oportet. Igitur idem erit dicendum in compromisso, quia per regulam illius c. procedimus, vt patet ex d. l. penul. de arbi. & ibi glo. Bald. & Paul. & omnes Canonistæ in d. c. per tuas.

† Non obstat quod not. in Clem. dispendiosam. de iud. & in c. fin. de arb. lib. 6. vbi discordantibus legibus ciuilibus & Canonicis quodcunque proprius forus obseruat, maximè quod gloss. in d. c. fin. loquitur in arbitro. Idem probatur in c. si duobus, de appell. vbi illum textum ponderant Doctores. Respondeo, quod est verum, quando Canones ad aliquam vtilitatem particularem iure naturali non consideraram id disponunt, quod est diuersum à legibus, & eodem modo leges, vt putà, quòd de causa cognoscatur simpliciter & de plano. Item quod duo ex tribus arbitris reliquo absente pof sint procedere, & similia. Secus si Canones ratione naturali ne subditi peccatum incurrant, quidquã disposuerint, tunc enim omnes comprehendunt, vt in d. c. 1. nec forus est diuersus in iustitia administranda, quinimò leges se subiiciunt Canonibus, vt habes casum in ista materia semper menti tenendum, quem ego ponderabam in c. fina. de secund. nupt. vbi eo casu, in quo leges disponunt contrarium, si tamen materia est pertinens ad ius Canonicum, dicitur leges submitti Canonicis institutis, nec dedignari leges imitari sacros Canones. In nostro igitur casu cùm præcipiatur obseruari conuentionem compromissariam, ne non obseruando peccetur, quod maximè pertinet ad Ecclesiam,

vt



vt in c. nouit. de iud. Dicendum est leges imitari hanc nostri casus sacram constitutionem. Et aduerte, quod idē Ioan. de Imo. in d. c. cūm contingat. in d. 3. col. respōdet hoc argumentum fori diuersi non habere locum in peccatis, in quibus ius Canonicum super peccato euitando habet fundamentum, itaque ipse sibi non constat.

153

† Ex his primò infero, quod non solum ius Canonicum compromissi obseruandi est tenendum in foro seculari, sed etiam posset forsan dici, quod cūm ius Canonicū approbetur à iure Ciuili, vt in Auth. apud prop. Epif. in prin. & quomodo op. Epif. in princ. & in Auth. de mand. princ. §. si verò. col. 3. & in d. c. 1. de secun. nup. & ex approbatione iuris oriatur iuris approbantis obl. vt in l. legitima. ff. de pactis. nascetur certè etiam obligatio ciuilis, & isto modo defendere poteris sententiā Hostien. in d. c. per tuas. vbi dixit, etiam de iure Ciuili oriri actionem, quod intellige hac via, quam ostendi, de qua dixi latius in c. 2. & cogita.

Secundò infero, quod idem erit dicendum in dicto vel sententia arbitratoris. Itaque prout sententia arbitraria etiam non homologata valet de iure Canonico, ita etiam sententia vel dictum arbitratoris & amicabilem compositoris, quia eadem ratio consensus versatur in vtroque, vt in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. Ergo in vtroque foro erit obseruandum arbitratoris arbitrium, quicquid dicat Feli. cum Ioan. de Imol.

154

† Tertio inferò, quod quamuis de iure ciuili expressa homologatio fiebat per subscriptionem sententię, vt sæpè dicitur in d. l. cūm antea. De iure Canonico sufficit receptum esse arbitrium etiam sine subscriptione, vt videtur probari in d. c. per tuas. & ita tenere videtur ibi Hostienf. Anton. & Abb. quod intelligo nou solum in foro Ecclesiastico, sed etiam in foro seculari, quamuis Dom. Ioan. de Imol. & Dom. Felin. contrarium sentiant. Ratio est, quia prout subscriptione potest probari comprobatio, eodem modo testibus vel alia probatione. Dum igitur constiterit arbitrium esse receptum,  
dicen-

dicendum est, validam esse receptionem, et hoc certè iustitiæ fundamento constat, quia qualitas probationis non mutat veritatem.

Sed contra hæc obstare videtur, quia forma data est in arbitrio, ut ista debeant fieri in scriptis, ad eò quod non valent testibus probari, ut in l. ne arbitris. C. cod. & ibi glo. In verbo sermones, idem tenet Iacob. But. Bar. Bal. & Pan. Ista igitur forma, cum ad eam valeat ius civile, obseruanda erit in foro suo, ut not. in d. c. 2. de arb. lib. 6. & in Clem. dispendiosam & reliqua.

† Quinimò in ista forma, quæ à iure Canonico nõ <sup>155</sup> est tradita, videtur etiam in foro Ecclesiastico obseruandum ius civile, quod quidem censetur confirmatum à iure Canonico, ut in c. 1. de no. op. nun. & c. 1. de sent. excom. & re iud. Nec obsit. quòd ius Canonicum procedat ratione peccati euitandi. Nam etiam in materia spiritali & matrimoniali legum introductiones & formas conuenit à Canonibus obseruari, nisi tales formæ essent contra rectam ipsius rei iustitiam, ut in c. 2. de spon. impu. quem tex. semper teneas menti. Cum igitur ista forma sit ad euitandas cauillationes introducta, quòd omnia scilicet scribantur, ut in d. l. ne in arbitris in fi. videtur quòd sit obseruanda, cum non tollat iustitiam obseruandi compromissi, sed det formam, quomodo sit fides adhibenda, ut constet obseruandum.

At ex alia parte videtur in oppositum vrgere, quod arbitrium vel compromissum factum sine illa comprobatione scripta, de qua in d. l. ne in arbitris, & in d. l. cũ antea, est præter approbationem iuris civilis, ut apparet ex supra dictis & ex l. ne in arbitris. in fin. ibi. non aliquid vigoris robur rebus iudicatis inferat, sed habeant locum leges antiquæ. Itaque sensus est, quòd si compromissum fuerit factum illa solennitate valebit, aliàs nõ habebit robur iuris civilis, prout dicimus in stipulatione & pacto, ut in l. stipulatio ista. §. alteri. de ver. obliga. & ibi not. Cum igitur à iure Canonico sine illa forma ex comprobatione coram testibus facta habeat

H

execu-

executionem, vt in c. per tuas, secundum prædictos patres dicendum est, idem ius Canonicum non se habere vt correctorium, sed per modum additionis, vnde in vtroque foro videtur obseruandum, vt supra dicebam, sed cogitandum esset perpensus.

156

† Quarta sit illatio ad ea quæ dicit Bart. in d. l. cum antea, quod quando compromissum sit cum pœna, vel stipulatione, vel iuramento non habet locum lex illa, quæ inducit homologationem expressam & tacitam. Ratio est, quia compromissum per se est validum. Nã si pœnam adijcias, aliàs stipulationem vel iuramentum, habet effectum plenum de iure ciuili, vt in l. ne arbitris. su. al. & in l. diem proferre. §. fin. co. titu. Vnde cessat remedium homologationis, id est confirmationis, quam introduxit l. prædicta. cum antea. dom. Abb. in d. c. per tuas. 3. col. dissentit à Bart. tam de iure Canonico, quam ciuili, de iure Canonico per text. ibi, quia cõpromissum est per se validum etiam sine stipulatione. Nam de iure Canonico non requiritur stipulatio, attamen habet locum confirmatio. Igitur non obstante, quod compromissum valeat, dicendum est confirmari, vel homologari posse, & ita tenet do. Ant. ibi, & est ex sententia reliquorum. De iure ciuili etiam probatur per tex. in d. l. cum antea. in princ. quia illa lex habet fundamentum, quando pœna non est apposita.

Aduerte, nam si more Doctorum ex casibus loquimur, fundamentum dom. Abb. non obstatet D. Barto. Nam quamuis in c. per tuas arbitrium recipiatur, vel homologetur, & de iure Canonico ex nuda conuentione valeat, tamen ibi non valuit quoad partem principalem, quia procurator sine mandato compromissit, idèo necesse est, vt sententia arbitri sit recepta, & homologata, vt possit exequi contra partem principalem, & ita loquitur textus ille. Non igitur ex eo probatur, quod compromissum aliàs efficax possit homologari, adèd quod habet locum prædicta lege penultima.

Nec

Nec obſt. ead. l. cum antea, quia quamvis loquatur in compromiſſo ſine pœna, tamen homologationis ratio habet originẽ ex eo quod aliàs compromiſſum erat inefficax, vt patet ex ead. l. pen. Sed quãdo fit ſtipulatione eſt efficax, ergo non habet locum, & ita loquitur Bar.

† Ego rurfus conſiderabam Abb. & Canonistarum ſententiam iuſtam eſſe. Nam iuſtitia & ratio l. penult. quæ introduxit homologationem, non reſtringitur ad caſum, ſed mens iuris & ratio eſt utilis. Ex caſu igitur vel ex exẽplo non eſt iuſta argumẽtatio, niſi rationi cõuiat, vt l. i. quod vulgò. ff. de vi et vi ar. in l. 3. ff. ad l. Põp. de parr. Expoño itaque rationem, quæ talis eſt, ius civile, cùm quãquàm compromiſſa fierent ſine ſtipulatione, vel pœna, & idẽo inefficaces remanerent, conſiderabit modum, quo ſententia arbitrorum & compromiſſum, in quo partes vnanimiter conſenſerunt, remaneret validum ſcilicet quando partes ſubſcriberent ſententiam, vel decẽ dierum taciturnitate cõfirmarent. Quando igitur ſententia arbitri à partibus eſt recepta, tunc ex illa approbatiõẽ efficitur valida, & certè hæc eſt iuſtitia naturalis, vt ſentẽtia arbitri, cuius iudicio teipſum ſubiecisti, à te demum confirmata per te obſeruetur, quod probatur ex l. i. de conſt. ff. Ex hac igitur ratione & fundamento naturali deriuatur prædicta l. pen. C. de arb. vt ex lege patenter tibi cõſtat. Sed hæc iuſtitia & ratio habet locum, etiam ſi ſtipulatione promittas ſtare ſententiæ, ſi eandem ſententiam denuõ confirmaueris. Patet, quia in compromiſſo cõſenſiſti. Nam ſtipulatio habet in ſe conſenſum, vt in l. 1. §. adeo. de pac. in l. obligationum ſubſtãtia. de ac. & ob. item ſententiam ſubſcripſiſti, vel ſilentio confirmasti. Ergõ ſententia habet firmitermentum ex tua confirmatione per præd. legem penul.

† Præterea difficilior roboratur à lege ſententia, quæ aliàs non habet firmitermentũ, quàm ea quæ eſt debita ſolemnitate celebrata, vt per totũ titulum de cõfirmatione utili vel inuitili. Item quando poteſt id eſſe, vt ſtipulatio, quæ fit ad validitatem compromiſſi, et ad hunc

finem tendit, vt executioni sententia tendatur, sit impedimento, ne sententia homologetur, confirmetur, vt tradatur executioni, contra regulam non tantum. §. 1. de contratab. & facit regulam quod fauore. de leg. & l. nulla. eo. titu. & quando duæ causæ ad eundem effectum tendunt, vna non impeditur per aliam, vt arg. in l. legata inutiliter. de leg. 1. & ita dicebat Bald. quamuis in alio proposito in d. l. cum antea. 1. col.

159

† Vnde cogitabam consulendum, quod dum aliqua sententia est ab arbitro lata, ad eius executionem id imprimis consideretur, scilicet, si est recepta vel homologata à partibus. Nam si est recepta ex hac confirmatione tradetur executioni, & hæc est causa potior, & proximior ad executionem, vt patiaris eandem sententiam, quam iam latam tu ipse confirmasti, dum verò non est confirmata, tunc recurrimus ad promissiones, an sint validæ vel efficaces, vt ex ipsis agatur, ita sumes hoc meum consiliùm à prædicto c. per tuas, vbi consultus Romanus Pontifex in primis dicit inquirendum, an sententia sit à partibus recepta, quia si recepta est, traditur executioni, si verò non constat receptam, tunc venimus ad qualitatem promissionis primæuæ, an sit promissa pœna, vel non promissa, ita text. & quippe quicumque soluatur, qui rectè sentiat, hanc primū consideraret faciliorem viam, vt sententia, quæ à partibus recepta est, tradatur statim executioni, quia ab eis est recepta. Hic est enim vltima & ad executionem proxima causa, quæ non impeditur, nec impediri debet ex efficacia prioris promissionis, vt dixi maximè, quòd iustitia ipsa manifestè ostendit, vt quando sententiam tibi iustam firmasti, eandem feras æquo animo firmam. Iustitia igitur prædictæ l. penul. & c. per tuas est stricta ad casum nudæ promissionis scilicet utilis, prout ratio, per quam procedit, est utilis. Nam potius debemus aduertere iuris sententiam, quàm casum, vt in d. l. 3. ad l. Pomp. & in l. cum mulier. sol. mat.

Quinta sit illatio ad sententiã gloss. in d. l. cum antea

antea, vbi dicebat, quòd si pœna adiecta compromisso non habet locum homologatio, quia pœna exequi potest, & timore pœnæ ipsa sententia. Idem tenet glo. l. 2. ff. de arb. Bart. in c. cum antea. Gof. & Bald. ibi, & Bart. in l. ait prætor. de re iud. ff. & ibi Alex. & ita communiter sapius hæc doctrina traditur, vt dicit do. Alex. & patet, in l. à diuo Pio. per gl. & Doct. & hanc eandem opinionem cõfirmat do. Abb. & eam indubitabilem tenet in d. c. per tuas allegans textum, qui ita loquitur in l. cum antea.

Ego verò nō video rationem, quare si ego recepi sententiam arbitri, & eam consensu confirmaui, non debeat executioni tradi, quãuis à principio habuerit pœnam, quia verum est sententiam mihi placuisse, vnde roborata est sententia consensu partium, & legis approbatione, vt in l. cum antea, quia lex illa roborat sententiam ex consensu confirmationis, sed hic fuit consensus confirmationis, quia sententiæ se subscripsit, igitur valebit sententia.

† Nec obstat, quod casus loquatur, quando pœna nō est imposita, quia quamuis verum sit hæc fuisse causam impulsiuam illius legis, ne arbitraria remanerent inania, tamen iustitia confirmationis sententiæ utilis est quod ab eod. text. iterum probatur. Nam casus excepti debeant esse à regula, vt in c. quoniam frequenter, in princ. vt lit. non contest. sed cum ferè ad finem dicatur, quòd si sententia nō fuerit confirmata ex consensu partium, remanet inutilis, excipit casum, in quo compromissum erat iuratum, sed si iuratum est, valet etiam sine homologatione, vt in l. ne in arbitris. Ergo etiam compromissum validum homologari potest, aliàs non pertineret exceptio ab illa lege. Et quod cõpromissum aliàs validum posset homologari, tenet Bar. ipse & communiter reliqui, vt videbis infra proxima illatione. Et certè quamuis nostræ ponderationi respõderi possit, tamen iusta est opinio, quòd si sententia est subscripta à patribus, sit executioni mandanda, nam ex regulis naturali-

turalibus conuentionis non potest negare sententię validitas, & ideò iure Cano. valebit, vt in c. i. de pac. in c. i. de iudicijs, vnde ego interpretarer. l. pen. & generalis sit eius sententia, prout vera iustitia esse debet.

Nec obstat dicere, quòd quando fuit compromissus sub pœna, consensus se habeat alternatiuè, vt patet in d. c. per tuas in fin. & leg. ita stipulatus, la grande, de verbor. oblig.

Quia responde, quod quamuis in principio promiserit, vel stari arbitrio, vel pœnam soluere, tamen cum sententiam subscripsit, sententię stare promissit, & ideò ei est standum, vt in d. l. ita stipulatus, in fi. & in l. duo societate. ff. pro socio. Item ad nostrã opi. habemus glo. in l. ait prætor in prin. de re iud. su. al. quæ quãuis à Bar, & reliquis reproberetur, tamen videri meo iustius sentit,

161

† Sextò inferri potest, quòd quando nuda cõuentione compromittitur, adita tamen pœna, quamuis pœna exigatur, tamen sententia potest homologari, ita dicebat Bar. hoc menti semper menti tenendum in d. l. cum antea, & est, in l. 2. de ar. su. al. cū qua tenet Imol. in l. ait prætor. & Alex. ibi. & hæc est cõmunis opi. secun. Alex.

Sed Martinus de Fano & Iacob. de Bel. quos refert Cyn. in d. l. cum antea. & Ioan. And. in c. cum dilecti. de arb. tenuerunt, cõtra, cum quib. videtur sentire. do. Arc. & Alex. & Io. de Imol. in l. nemo potest. 2. col. vers. item adde. de leg. 1. & Do. Rap. & Alex. latius in l. ait prætor. 1. col. Imo. in c. per tuas. & in c. dilecti. de arbit.

Considera quòd fundamentum commu. opin. facit pro sententia nostra, quam tenui in superioribus, quod etiã de iure ciuili validitas cõpromissi non impediēbat homologationē sententię arbitrarię patet, quia quando pœna adijcitur, etiam si promittatur rato manēte pacto nudo, tamen validum est compromissum pro pœnę impositione, sed nihilominus dicitur compromissum, conualidari, quod ego latius in superioribus roborau.

162

Non obstat † scrupulū & argu. horum patrum quòd solū videtur homologari, quãdo sine pœna compromitti-

mittitur. nam in subsidium fuit inuenta prouisio, d. l. penulti. & dum pœna est promissa satis est consultum parti, ergo non est opus homologatione, nec habet locum ita ipsi. Certè si Doctorum sententia esset vera, quòd ille text. ita ponat remedium subsidiarium, & quòd nò habeat locum, quando compromissum habet de se effectum, ratio ista stringit. Tamen, vt dixi superius, omnes in hoc vidètur ex casu interpretari non ex iuris sententia quæ utilis est, quia est iustitia vniuersalis, siue enim adicias pœnam, siue non adicias. Conueniens est, vt sententia, quam firmasti iam latam teneas pro iusta, & executioni tradenda, & quamuis ius ciuile, & sententia, & verbis cessaret in tali executione, cum tamen ius Canonicum hoc prouideat. idem erit seruandum in foro seculari, vt in c. i. de noui oper. nuncia. & dixi latius supra in ista 10. principali illatione, quamuis contrarium teneat do. Ioan. de Imol. & Alex. & do. Felin.

Nec placet, quòd do. Alex. dicebat. in d. l. ait prætor, quem sequitur do. Iason in d. l. nemo, 11. col. versic. item quia illa, quod quando sub pœna promittitur stari arbitrio, cum clausula ratø manente pacto vnum est compromissum, & non duo. vt considerat Bartol. nam, illa clausula dicitur esse pars cõpromissi, vt in l. fundi partem de contrahenda emptione. ff. & in l. lecta si certum peti. versic. dicebam.

Aduerte quod Bart. loquitur, quando pœna est promissa pacto nudo, vt idem Alex. & Ias. fatentur, & patet expressè in d. l. cum antea, quia aliàs si stipulatione esset compromissum, non habet locum homologatio, vt ipsa dicit. Si igitur pœna est promissa stipulatione, et adijcitur conuentio, quod ratum maneat pactum, cen- tè secundum dom. Alex. & do. Ias. pactum est vestitum coherentia stipulationis, vt in d. l. licet. §. dicebam, & ex hoc sequitur pactum non esse nudum cum censeatur pars stipulationis. Vnde aut Bart. considerat malè, aut ipsi non loquuntur in casu Bart.



Iem & ex alio satis dubito an rectè dicam, quia secundum ipsos illud pactum vestitur cohærentia stipulationis pœnalis, vt in d. l. lecta. & in l. fundi partem. sed falsum videtur quòd stipulatio pœnalis vestiatur pactum principali compromissi. contra l. nuda. C. de contra. & com. stip. & ibi glo. Bart. & reliqui in l. petens. C. de pactis. Bart. in l. si pacto quo pœnam. C. eo. & omnes in l. lecta vbi Alex. & dom. Iason. indecens enim visum est, quòd à promissione pœna necessaria vestiatur conuentio principalis, & jta loquitur Bart. in pacto nudo non vestito cogita.

163

† Vltimò id notes in ista materia, quod dicit notandum Ioan. de Imol. in c. quinta uallis de iure iur. in vndecima differ. & ab alijs, (vt ipse testatur) non inuenitur scriptum, scilicet, quòd lex diem proferre. §. fina. sit correcta de iur. Canon. idè obseruatur in foro suo non in foro ecclesiastico, vt notatur in d. c. 2. de arbitr. & idem refert & sequitur Alexan. in l. ait prætor col. 2. vers. ex quo inferitur.

Tu subtilius dicere posses, quod cum l. diem proferri non loquatur, nisi quoad forum secularem, quia quoad ecclesiastica non habet imperium, vt in c. ecclesia S. Mariæ. de constit. non rectè dicitur corrigi in eo in quo nihil disponit, itaque non corrigitur, sed à iure Canonico aliter foro suo est prouisum. At si dicas, quòd ille textus habebat locum de iure Canonico, antequàm de alio remedio prouideretur fateor, sed id est intelligendum, non ex auctorit. legum sed confirmat. gener. Canonum, quæ extendit dispositiones legales, vt in d. c. 1. de noui oper. nunc. in c. 2. de spon. duorum in c. 1. de re iudicata. illa igitur confirmatio cessat cum diuerso modo à iure Canonico prouidetur, nec ex hoc videtur ius ciuile corrigi.

Præterea si lege ciuili ex stipulatione compromissi detur incerti actio, & ex nuda conuentione non detur, nulla est in hoc ipsa correctio quamuis à iure Canonico ex nuda conuentione detur actio, quia ex eo quòd

ex

ex nuda conventione detur actio, non corrigitur ius civile, vt latè ostendo in c. 1. de pact. 9. col. ver. 2.

† Nec ex eo tollitur actio, quæ ex stipulatu oritur, quia non datur actio à iure Canonico ex conventionione nuda, vt tollatur ea quæ de iure civili ex solenni competit, argu. l. legata inutiliter de leg. 1. hoc dixi in vltimis verbis repet. c. 1. de pactis. Vnde non est tenenda opin. Ioan. de Imola in c. quæ in eccles. de const. vbi ipse generaliter tenebat. in 12. col. quod ex nuda conuent. non ministrabatur iustitia in foro seculari, secùs in foro eccles. & idem tenebat Bart. in Auth. ad hæc. C. de vsu. & D. Felin. in c. ecclesia S. Mariæ de constit. in car. 4. vers. tertius effectus, sed cum iustitia pacti obseruandum sit vtilis, & tendat ad foelicitatem humanam, vt in l. 1. in prin. ff. eo. & ius Canonicū ad euitandum peccatū præcipiat pacta obseruari, vt omnes fatentur, in c. 1. sequitur ab omnibus, & in quocunque foro seruanda, vt in c. licet de iureiur. libr. 6. & de hoc satis differui in d. c. 1.

† Vndecima pulchra & vtilis illatio sit ad iustitiam adulterij mulierum. Et primò constat lege civili patri licere occidere adulterum, & filiam in adulterio deprehensam, vt in l. quod ait. ff. ad l. Iul. de adulter. ita etiam marito licet in aliquibus casibus occidere adulterum, vt in l. marito. ff. eo. l. nec in ea cod. titul. l. Grach. C. eo. si quando adulter est leno, vel damnatus publico iudicio, vel libertus mariti, vel patris, & reliqua.

At ex alia parte videmus maritum adulteram occidentem vxoricidium committere, & grauiter peccare, vt in c. admonere. 33. q. 2. & notatur in c. inter hæc ea causa & q. quod indubitanter tenetur à Canonistis in c. si vero. cl. 1. de sent. ex. vbi do. Abb. idem Abbas in c. veniens. cl. 2. de spon. & Io. de Imol. in l. si cui seruo. §. si hæres. de leg. 1. nec de hoc est hæsitandum. Nam idem tenet S. Doctor in 4. sent. dist. 33. q. 2. vbi etiam ex sanctis Doct. docet, diuortium & repudium esse per se non bonum sed à Deo dispensari ne vxoricidium sequatur. idque tenet dist. 35. q. 3. & fugit auto. Chryso. qui dice-

bat, quod à peccato abstulit culpam legislator, quando permisit repudium. His igitur præsuppositis dubitatur an leges ciuiles permittentes patri, quinimò facultatem dantes, vt possit occidere filiam, valeant vera iustitia. Profectò ex superioribus visum est nullam esse legem positiuam, ex qua inducatur peccatū, vt in c. si, de præsc. in c. quæ cōtra mores 8. dist. & talis lex nec habet principium vnde deriuetur, nec finem quo tendat. i. verā foelicitatem, vt dixi in præsuppositis huius tractatus vnde nec

166 habet potestatem, quā vanè concedit marito, † quia contra lege Dei, à quo sumitur omnis pietas, vt in c. si quis de maio. & obed. in c. quo iu. 8. dist. in epist. inter claras. C. de sum. trin. pietatē habere nō potest, nec habet honestatē & iustitiam, quia iustitia nō potest habere peccatū, nā hæc sibi pugnant, vt in c. si. de consue. vnde non est lex, vt in c. consuetudo 4. dist. pater igitur qui filiā adulterā occidit, non habet legis pietatem, quia quā non habuit lex ipsa, concedere nō potuit, peccat itaq; pater non obstante lege, verūm si dicas peccare maritū, forsan tamen non peccare patrem filiā occidentem, credo certè etiam in patre versari rationē peccati, nam ferè eadē ratione peccati iudicatur pater filiā occidens, qua maritus occidens vxorem, vt in §. inde & alia lex Inst. de pub. iudi. & in leg. i. & l. sed sciendum. ff. ad l. Pomp. de parr.

167

† Præterea omnis lex hunc finem habere debet vt tendat, ad humani generis foelicitatem, quæ foelitas nos ducit ad æternam vitam, quæ est vltimus nostræ creationis finis, vt in Auth. vt non luxu. in prin. col. 6. & in Auth. vt hi qui obligatas. in prin. ea col. & sup. satis demonstratum est, in princip. huius opusculi. At cum conseruatis partibus totum conseruetur, quia totum ex partibus constat, vt in c. pastoralis, in princ. de off. leg. & in l. quæ de tota de rei vëdi. ff. sequitur, quod lex præcauere debet, ne homines occidantur, & hoc est quod legibus traditū est, animā hominis cunctis rebus præferendam, in l. sancimus. C. de sacros. eccles. & in præcep. naturalibus diuinis nobis præceptum est, nec occidamus.

Verūm

† Verùm si dicas, quod legibus etiã iustis ponitur pœna mortis vt in l. Corn. de sica. Fateor necessar.ã esse hãc pœnam, vel vtilẽ, sed tunc est vtilis, quãdo vtilitas com- modatur conuenienter ad conseruationem omnium, sed quod vxores adulteræ occidatur à patribus, vel mar- itis, non est conueniens, ad conseruationem & foelie- tatem humanam, cum aliæ pœnæ congruenter inferri possint, vt in d. c. admonere, igitur talis pœna iniuste infertur, quod rursus ex eo probatur quia peccat, qui oc- cidit, vt omnes fatentur, sed si conueniens esset pœna ad verum finem legum, id est ad beatam generis humani conseruationẽ non peccaret, quia ad finẽ non peccandi, peccare non possumus, & hoc est, quod leges peccatũ pu- nientes, peccata inferre non debent, vt in c. nonnulli, de rescript. in l. i. C. de his qui ven. ætatis impet. in l. memi- nerint. C. vnde vi.

Item acerbius & crudelius hoc mihi videtur, vt in ip- sa turpitudine adulterij à patre possit occidi, quia leges velint, vt animo simul cū corpore in æternũ pereat, ac hoc furoris homicidiũ ab ipso patre & genitore comit- tatur. Hoc quippe ab honestate & legum iustitia est a- lienum, † quarum correctio debet esse ad salutẽ, non ad æternam mortẽ, quia alias non conueniret fini debito. Nam quod filia in adulterio inuenta occidatur à patre in ipsa foeditate inuoluta, quid aliud est, quàm quod il- la immemor suæ salutis inter ipsam turpitudinem, & patristimorem in æternũ pereat, & pater furibũdus fu- riosam vindictã socia lege, imò eius fauore cõsequatur? At quod hoc ita sit, à te ipso vides, sed leges etiam vide- runt. † Nam Papinianus in l. hæc in ea. ff. de adult. du- bitat quare leges dederint potestatem patri & non ma- rito. Respondet quia plerunq; pietas paterni nominis cõsiliũ pro liberis accipit. Cæterũ mariti & calor, & impetus facile sæuientis fuit refrenandus. Hæc ipse con- sultus. Cuius sententiã si consideras, certè maritus, qui occidit calore & impetu & sæuitia id facit, & idẽ in pa- tre, qui procliuior est pietatẽ. Nam occidẽdo ipsum non est

est sequutus consilium pietatis, sed furorem & sæuitiã plusq; maritalem, vt ibi patet.

171

† Verùm dices, quod lex dat hanc potestatem, vnde legitimè facit. Respondeo quòd lex non imponit necessitatem occidendi, sed dat facultatem si velis, & cùm vult occidere, vel cùm occidit, seuius est, & impius, quia consilio pietatis, quo à morte abstinere deberet, non est vsus, sed victus à furore crudeliter filiam & adulterum occidit, maximè si sit Christi fidelis, qui cognoscat filiam suam & adulterum anima & corpore perire inter ipsa peccata, & quod hoc legitimè fiat, mihi durum videtur, cùm leges quamuis puniant, eo modo punire debeant, quo animæ saluæ fiant, & saluti consulatur æternæ, vt in Auth. de len. & in Auth. vt non lux. in princ. vbi dicitur, quòd Dei materia nō perditionem, sed conuersionem & salutem vult, & delinquentes, qui corriguntur, suscipit Deus, propter quod nos omnes imitatur Dei timorem in sensibus accipere, & reliqua. Ecce quòd Imperator leges etiam pœnales non debet dirigere eo modo, vt anima pereat, quamuis corpus patiat, quia non debet velle mortem maximè æternam peccantis, vt in Epif. inter clar. de summa Trin. & fid. Catho. & in eodem proposito idem dicit text. in d. c. admonere.

172

† Item nec debet permittere furiosam peccati vindictam, quæ cùm non sit iusta, non potest esse legitima. Nam vt dicit Greg. in mora. libr. 19. quod transcribitur in c. vera 45. dist. vera iustitia compassionem habet, falsa verò dedignationem, & quamuis iusti soleant rectè peccatoribus indignari, aliud tamen est quod agitur typo superbiæ, aliud quod zelo disciplinæ, & improbum est nulla infirmantibus misericordia condescendere. Ita ipse. Zelus igitur disciplinæ non debet tendere ad periculum mortis æternæ ipsius filiæ, & adulteri, & patres eam occidentis, qui etiam grauiter peccat, vt in c. admonere. & dicitur in c. disciplina. ead. distin. inter alia eleganter quod Dauid dicebat: Virga tua & baculus tuus ipsa me cōsolata sunt. Virga enim percutimur, et baculo susten-

sustentamur. Sit ergo distinctio iustitiæ, quæ feriat, sic & consolatio baculi qui sustentet. Sit itaque amor, sed non emolliens, sit rigor, sed non exasperans, sit zelus, sed non immoderatè sæuiens. Ita Greg. in moral. Et rursus dicitur in c. & qui emendat, ead. dist. quod qui corrigit, & pœnam imponit, eleemosynam facit, quia consulitur vtilitati. † Et quidam modus eleemosynæ est corrigere delinquentes, & errantes in viam reducere veritatis, vt dicebat August. in Enchirid. Pœnæ igitur non debent procedere eo modo, quo delinquens perdat animam & corpus, & debet esse moderata & iusta, non sæuiens, tendensq; ad salutem, vel delinquentis, vel aliorum, vt in c. fraternitas. 12. q. 2. At quòd adulteri pereant in ipso actu, potius pertinet ad iram & sæuitiam immoderatam patris, quàm vllius salutem. Et sat erit castigare eos conueniēter, vel etiam pœna mortis, dum imponatur vero zelo, et eo modo, quo peccatores in Deum conuersi ipsa pœna salutem animarum Dei misericordia consequantur.

† Ex his primò apparet, quòd maritus qui occidit adulterum, in casibus positis in d. l. marito. peccat, & ita tenet gloss. approbata in d. c. inter hæc. & idem in patre occidente filiam & adulterum flagrantem delicto. Ex quo sequitur tales leges non valere per superiora. Aliqui patres præsertim moderni in ea sunt sentētia, quòd in terris subiectis imperio tale homicidium impunè committitur, ex quo lex permittit. ita sentit do. Ioan. de Ana. in c. significasti. de homicid. Nec obstat quod lex permittens adulterum occidere, hoc videatur inducere causa vindictæ, quia hoc non videtur lex considerasse, sed potius tolerasse. illud homicidium tamq; excusabile propter magnitudinem doloris, quem temperare difficillimum est, l. si adulterium. §. Imperatores. ff. de adult. & hoc patet manifestè. † Quia nullo casu licitum est adulterum occidere ex interuallo, sed solum toleratur, quando fit eo impetu. l. quod ait. §. quod ait. ff. de adult. Si enim fieret ad vindictam, non fieret differentia

an ex interuallo, an ex continēti, ita docet do. Fel. Sarr-  
dæus in c. Ecclesia S. Marię. de const. car. 4. vers. item pos-  
set, & dicit hanc esse tutiorem sententiam. Idem te-  
net in c. si verò. de sent. exc. sequutus Archid. in d. c. in-  
ter hæc, & idem tenet ibi Lau. de Pi.

Ego verò timeo ne tuta sit. Num Theologi, vt S.  
Doctor, vbi suprâ, dicunt peccare, idem tenent Richar.  
quem ipse etiam Felin. citat 4. sent. dist. 33. q. 2. & glo. est  
communis. approbata in d. c. inter hæc su. al. & proba-  
tur in eo. c. admonere, vbi dicitur, quòd nullatenus de-  
buisset occidere, & suprâ satis exposui. Vnde in terris  
subiectis imperio Canones sunt obseruandi, non leges,  
quæ occidenti dant licentiam, & non solum in foro ec-  
clesiastico, sed etiam in seculari, quia Canones prohi-  
bentes peccatum, quod videtur à legibus concedi, vtri-  
usque fori habent obseruantiam, vt in c. mulieres. de iu-  
re iur. lib. 6.

Nec obstant quæ prædicti patres considerant, dum  
dicunt, quòd leges tolerant homicidium propter mag-  
nitudinem doloris, quem temperare difficillimum est.

176

† Aduerte, quod non solum tolerantur, sed etiam  
dant potestatem & licentiam, vbi expressè dicitur in d.  
l. quod ait. Ibi voluit enim lex Iulia ita demum hanc  
potestatem patri competere, si in ipsa turpitudine fili-  
am deprehēdat. Idem probatur in §. quare & in §. quod  
ait, & in l. nec in ea. §. i. ibi ius occidendi patri concedi-  
tur domui suæ, & reliqua. Plura enim sunt iura, quæ  
quoad patrem hoc probant.

At quoad maritum, aut loquimur in casibus, in  
quibus marito cōceditur, vel ei liceat impunè occidere,  
et tunc dico eodem modo lege permittente dari faculta-  
tem, vt in l. marito. ff. eod. titu. Cuius verba transcribo.  
Marito adulterum quoque vxoris suæ occidere permit-  
titur, sed non quemlibet, vt patri. Nam lege cauetur, vt  
liceat viro occidere lenonem, & ecce quod lege licet &  
quod lege permittitur & competit ius & facultas in a-  
liquo casu ipsi marito, prout in omni casu competit  
patri,

patri, vt ibi, & in l. Gracchus. C. cod. titul. vbi not. Bald. adulterum occidi lege permittente, assistente, fauente. Igitur in his casibus malè loquuntur prædicti patres.

Aut loquuntur in casibus, in quibus non licet occidere, & tunc nõ rectè dicunt tolerari, & impunè committi, quia contrarium cauetur in l. si adulterium. §. Imperatores, vbi vel in perpetuum, vel in insulam relegatur. Vides itaque quod leges aut permittunt, aut non tolerant, vt impunè occidat maritus. Itaque in nullo casu possumus assentire prædictorum sententiæ.

Rursus ex Felini ratione ostendo eius sententiam esse iniustam, dicit leges tolerare tale homicidium tanquàm excusabile propter magnitudinem doloris, què excusare difficillimum est.

† Certè si rectè consideretur, in marito æqualis, vel forsàn maior dolor & impetus contingit; quàm in patre, quod in se ipso patet & confirmatur etiam autoritate iuriconsulti in l. nec in casu al. vbi mariti calor & impetus maior est, quàm ipsius parentis. Sed marito nullo modo licet, nec toleratur, vt in d. l. si adulterium. §. Imperatores. Igitur ex impetu doloris non est tolerabile. Nec remanet impunitus, quod planè probatur in d. §. Imperatores, vt dicitur difficillimum fore marito, iustū temperare dolorem, & ex hoc nõ punitur pœna homicidæ. Sed quia excessit in vindicta, punitur mitius. Non igitur ex eo, quod sit difficillimum temperare dolorè, remanet sine pœna, nec ex ea toleratur. Idem probatur ex ead. l. nec in ead. vbi mariti calor & impetus doloris maior est, tamè hæc licentia, quàm tolerantiam Fel. appellat, non cõceditur marito, sed patri. Igitur ex maximo dolore nõ est maior licètia vel tolerãtia, imò quia pater rãperatior, & cõsultior pietate paterna speratur, idèd ei datur licentia occidendi, vt in d. l. nec in ea. Itaq; dom. Felin. cum his, quos sequitur, dissonat à mente iuris ciuilis. Demum cum D. Feli. vult probare ea ratione non esse datam licentiam ad vindictam, quia solùm in ipso  
flagran-



flagranti delicto potest occidere, ego miror, quod cum ius civile dederit licentiã occidendi in ipsa turpitudine & impetu furoris, non considerauerit vindictam. Nam si vindictam non considerasset, temperãtius & consultius ageretur post impetum & furorem iniuriæ ac doloris. Et videtur hoc probari ex ead. l. nec in ea. vbi maritus non est puniendus, quia se vindicare voluerit, sed quia modum vindictæ excessit. In casibus igitur, in quibus permissum est occidere adulterantem in ipsa turpitudine, vindictam facere potest ex sensu istius legis. Quod vt dixi satis suadet hoc, quod impetu doloris tantum sit licitum & permissum, cum in instanti possit. Nec obstat, quod postea non licet, nam non licet, quia cessat impetus vindictæ & doloris, vel saltem remittitur. Cogita.

Contra superiora videntur ob stare: Primò text. in c. interfectores 33. q. 2. vbi dicitur interfectores suarum coniugum sine iudicio, cum non addit adulterarum, vel aliud huiusmodi, quid aliud habendi sunt, quã homicidæ? ac per hoc ad pœnitentiam redigendi, hucusque text. Ex sensu igitur iuris adulterarum mulierum interfectores nec homicidæ sunt habendi, nec ad pœnitentiam redigendi. Quia tunc dicitur maritum homicidam esse, & ad pœnitentiam redigendum, si mulier non sit adultera. Igitur dum adultera est, nec homicida est, nec peccatum habet, quia non imponitur pœnitentiã. Respondeo quod ille casus à sensu contrario non est sumendus, quamuis id concludere videatur, † quia Ecclesia nunquã permittit vt gladio, sed disciplina, quæ tendat ad salutem, vt ibidem Gratianus exponit, & probatur ex text. sequenti, quem etiam subiungam.

178

Secundò contra superiora ponderatur text. in d. c. inter hæc eadem caus. & quæst. vbi quæritur à legislatore, an liceat marito interficere mulierem adulteram secundum legem, & respondetur, quod sancta Dei Ecclesia mundanis nunquã constringitur legibus, & gladium

NON

non habet. & c. Ecce quod mundana lege secundum interpretationem illius c. permittit vxorem adulterā occidere. Idem probatur in c. quicumque, ead. cau. & quæst. ibi quicumq; propriam vxorem absq; lege & sine causa, & certa probatione interfecerit, & reliqua. Lege igitur potest occidi, ea causa est adulterium. Idem probari videtur in d. c. admonere, ibi. super eam vis inducere mortis causam, id est adulterium. At causa est iustum fundamentum, ex quo aliquid rectè agitur, vt in c. solitè. de maio. & obed. & ibi Hostiens. & Abb. ergo ex adulterio iustè occiditur.

His ita responde, & primò id teneo quod secundum leges non licet marito, vt in d. l. nec in ead. & in d. §. Imperatores, & notatur in l. si quis in graui. §. 1. de senato. con. sil. vñdec. in hæc voluit respōdere, non quod legibus liceret, sed quod quamuis liceret, leges tamen Ecclesiam non constringunt, quæ gladium non habet, nisi spiritualement, quo non occidit, sed viuificat, hic est igitur sensus.

† Nec obstat quòd præbeat causam. Nam verè non est causa, id est rationalis, sed est occasio, vel causa ad iram, sed dum eam occidit immoderatè agit, ac ira impetus proprios improbè exequitur, vt dicitur in eod. c. admonere, ibi, occidere eam nullatenus debuisses. Non ergo erat causa iuris & rationalis ad occidendū. Hæc quamuis in diuersam sententiam mouerent aliquem, ita tamen sunt intelligenda.

179

† Hinc quamprimum infero non forti viro pertinere vxorem ex adulterio trucidare. Non enim fortitudo iræ cedit, nec furoris impetu trahitur, sed constans semper, & ob hoc æqualis manet, nec vulgi barbara & errata opinione ducaris, qui furiosos & iracundos fortes appellat, in hac eadem re maximè, in qua quantum gens Hebræa & Mosaica ex irascibili inclinatione nimis ducebatur ad occidendas vxores, fuit permissum à Deo ex adulterio diuortium, vt ex eorum iracundus animus acquiesceret, vt etiam quia concupiscētia nimis

180

I trahe-

trahebantur, fuit expressè eis improbata vsura. Ita dicebat S. Doctor 4. sent. dist. 33. artic. 3. Ne quis igitur ignoranter credat Hebræorum ita occidendas vxores, quâuis non est dubium eas acerrima disciplina compescendas. Parcendum est enim animæ, parcendum corpori, vt pœnitere & conuerti possint, sed non sæpè, de quo latè vide Magist. sent. in 4. ind. dist. 33. q. 3.

181

† Secundo infero ad id quod dicitur in l. Gracchus. su. al. quod permittente lege adulterum occidit, nullam pœnam meretur, vt est etiam generale quod qui legis auctoritate peccat, non peccat. Bal. in c. in omni negotio. de test. Sed dicebat, quod hæc regula fallit, vbi lex est nutritiua peccati, sed si opponas, ex quo sunt diuinitus promulgatæ, non possunt dare causam peccato, vt in c. fin. 16. q. 3. dicit Do. Felin. vbi suprà quod illud intelligitur de legibus priuilegian. eccle. ad quas leges videntur prin. diuinitus moti.

Tu dicas, quod in his, quæ de se improba sunt, aut lex permittit auctoritatem præstando, & nihil facit, quia leges non possunt præstare auctoritatem peccandi, vt inferius & suprà vidimus, aut permittit, id est tolerat, & tunc nullam ex illa lege incurrit pœnam, tamen pœnam meretur ex lege, ex qua id est peccatû. Vnde patri occidenti filiam impositur pœnitentia ex Canone, & ex lege, ex qua id peccatum est, vt in d. c. inter hæc, & ita intellige, quæ notat Abbas in c. si verò, & in c. veniens su. all. & Ioan. de Imol. in l. quod ergo. §. si hæres, alias in l. si cui seruo. ff. de leg. 1. vbi dicitur grauiter peccare, & imò imponetur pœnitentia & etiam pœna in terris Ecclesiæ subiectis.

182

† Sed cum dicitur, quod qui legis auctoritate peccat, non peccat, hoc videtur sibi pugnans. Nam si peccat, falsum est nō peccare, rursus si non peccat, nō est verum peccare. Item si peccat, lex ipsa nō potest auctoritatem præstare, nec peccat, quia si peccatû est ab alia lege est, & lex inferior nō potest auctoritatem præstare his, quæ à lege superiori prohibentur, vt in c. quæ contra

mores

inores & dist. & in c. Iulianus. & in c. qui resistit. 11. q. 3. maximè quod à superiori ordinatur & deriuatur inferior, & idè vt supra sæpè vidimus, leges nullæ sunt, si per eas peccata inducantur, vt in c. fin. de præscr. Sed opponens de eo, quod dicit, quod à peccato abstulit culpam legislator, quando permisit repudium, quod sequitur S. Doctor 4. senten. dist. 23. q. 2. su. al Non ille legislator potestatem habet permittendi, quia Deus est à cuius præceptis omnia sunt iusta vel iniusta, vt in c. gaudeamus. de diuort. secus est de lege inferiori ad prohibita per superiorem.

132

† Nec placet quod præterea dicit Do. Felin. quod id quod dicitur diuinitus leges promulgatas, intelligitur de legibus Ecclesiam priuilegiantibus, vt loquitur text. in d. c. fin. Nam diuinitas legum non est referenda ad sola priuilegia ecclesiastica. Hoc enim ambitiosum minus fuit Do. Felino, quamuis certè optimus erat ecclesiasticus. Nam diuinitas legum consistit in vera iustitia, ex qua genus humanum per ciuitates & leges à Deo regitur, & ita dicebat Aug. super Ioannem, vt in c. quo iure 8. dist. & patet in epistola inter claras, de sum. Tri. & fid. Cath. & in l. benè à Zenone, de qua præf. & dixi latè supra in princ. vbi tractaui de origine & deriuatione legum. Regimen igitur per leges nobis diuinitus traditum vniuersale est, & quanto vniuersalius, tanto diuinitus, quia tanto habet magis de ratione æterna, & de ratione legis, quæ debet esse communis, vt in c. consuetudo cum sequ. 4. distin. & in l. 2. de legib. & ita tenet S. Doct. 1. 2. quæst. 90. artic. 2. Ratio igitur diuinitatis non est particularis ex priuilegijs Ecclesiæ concessis, quamuis in tali recognitione sint diuinæ, sed est vniuersalis iustitia, à qua pendent. Vnde cum aliquid, quod peccatum est permittitur à legibus, non sunt leges, vt supra.

† Nunc pulchrè dubitatur, cum leges ciuiles præstantes auctoritatem, vt pater vel maritus possit occidere adulterum, & filiam in adulterio inuentam sint nullæ, nec præstant auctoritatem, nec sint leges, an ius eccle-

134

siasticum sit obseruandum in foro seculari, & quamuis dom. Ioan. de Ana. & do. Felin. contra teneāt, videtur obseruandum. Primò quia ius ciuile permittens obseruari non potest, quia non est ius. Ergo obseruabitur ius Canonicum, prout etiam iure Canonico tenētur leges, quando à Canone nihil est dispositum, vt in c. 1. de noui oper. nunc. Item quia ius Canonicū id cognoscit, quod non sit licitum occidere, & quod est peccatum, sed in his, in quibus versantur peccata, ius Canonicum est obseruandum in vtroque foro, vt tenent omnes legistæ in l. priuilegia. C. de sacros. eccles. & Cano. in d. c. 1. & probatur in c. licet. de iureiu. lib. 6. et ita determinabat Abb. in simili casu in præscriptione malæ fidei in c. fina. de præscrip. 2. col. vbi ex sensu Imo. & Io. And. tenet, quod legibus reprobatis est sequendum ius Canonicum in detestanda malæ fidei præscriptione, & canon est in hoc approbatus à lege ciuili, vide latè & pulchrè Io. Andr. in regul. sine culpa in mer. de regu. iur. vbi in pluribus sentit.

185

† Verum contra superiora videtur vrgere text. in c. si verò. de sent. excom. cl. 1. vbi si maritus vel pater vel etiam frater manus iniecerit violentas in clericum in adulterio deprehensum, non est excommunicatus, Vnde videtur quod parcendum est, iusto dolori & ita not. ibi gloss.

Responde quòd impetus iusti doloris habet excusationem, non tamen si ad eò processerit, vt occidat adulteros, vt in d. l. nec in ea & in l. si adulterium. §. Imperatores, & hoc est, quod iure Canonico excusantur à Canone, si quis suadente, propter iniectionem manuum. Crederem tamen quòd si occideret, non esset excusatus, cùm etiam de iure ciuili maritus vel frater puniatur, quamuis non ordinariè, vt in d. l. Gracchus. & in §. Imperatores.

186

† Sed dubitandum videtur, quod cùm leges dantes licentiam & facultatem patri generaliter, & marito quandoque sint nullæ, qua pœna puniatur pater, qui filium

filiam vel adulterum occidat, & maritus adulterum occidens: Cogitabam quod cum leges illæ non valeant, recurrendum esset generaliter ad pœnas, quæ marito sunt inferendæ in casibus, in quibus occidere non licet, quia verum est nullo casu licere, & tunc grauissimus ille dolor, quamuis non excusat à pœna, excusat certè ab ordinaria, & vel datur exiliũ sine die, vel regulatur, vt in d. 5. Imperatores, & in d. l. Gracchus.

† Tertio infero ad intellectum text. in c. veniens. cl. 2. de spons. vbi iustus metus non est is, quæ pater puellæ infert stupranti, aded quod matrimonium metu contractum non valet. Ratio potest secundum Gof. & do. Abb. quia iustè non posset occidi, quãuis leges hoc permittant, Nam si iustè occidi potest, non excusat metus, quia sibi iustè infertur, & ipse dedit causam metui, vt in l. si mulier in princip. ff. quod met. caus. & ibi gloss. & Bar. in l. 3. ff. eod. Iniustus est igitur metus, cum iure occidi non possit, ided rectè redditur matrimonium nullum.

137

† Vel in hoc placet etiam intellectus, quod matrimonium cum requirat omnimodam libertatem, vt in c. cum locum, etiam si metus habet causam ab eo, qui infertur, tamen nullum est, & ita dicebat idem Gof. & D. Abb. quod ratione tibi suadeo. Nam metus est facti, & ided siue iustè siue iniustè inferatur, animus mortem timeret, quod est naturale. At cum in matrimonio requiratur animus liber vt in c. cum locum, & ibi do. Abb. late sequitur, quod etiam in metu iustè illato animus nõ est liber, † quod etiam suadetur à c. requisisti. eo. tit. vbi & si aliàs ego teneat contrahere matrimonium, quia contraxi sponsalia, si tamen metu cogor ad matrimonium cum propria sponsa, matrimonium est nullum, quia verum est non esse liberum, & ita not. ibi Abb. Idem not. glo. in c. gemma. eo. titu. & ibi Abb. in 3. not. quod semper ceteris menti tenendum. Quamuis igitur pater habeat occasionem inferendi metum, cuius causam dedit is, cui infertur, tamen cum verum sit metu

138

139

contrahere, verum est quoque liberum non esse, & ideo non valere, cogita.

199

† Quarto videtur inferri, quod cum iniuste offensus se iuste defendere possit, ut in l. ut vim. de iust. & iur. & e converso, qui iuste offenditur, non possit iuste defendi, ut in l. si servus. C. de his qui ad eccles. confuge. & ibi Bartol. & in l. 1. & 2. C. quando liceat sine iudic. se vindi. sequitur quod si maritus vel pater instanter ad mortem adulterum offendere conaretur, iuste se defenderet, quia ad mortem non iuste offenditur, secus si cum velim ligare, vel detinere, ut caperetur à iudice, quia hoc iuste fit, ut in d. l. si adulterium. §. Imperatores, & ita posset intelligi tex. in c. si verò. de sent. excom.

191

† Quinto inferitur indistinctè esse verum, quod pater nec per se poterit filiam adulteram occidere, nec alteri committere, ut dicebat Bald. in l. accusationis. C. quod met. caus. & Pau. de Cast. in l. si cum dorè. §. transgrediamur. ff. solut. per not. ibi & idem Bal. in l. ut vim. 3. col. ff. de iust. & iur. Vnde non est iusta limitatio, quã tradit Bar. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniu. quã sequitur Salic. in d. l. Gracchus. C. de adulte. per tex. ibi, quod filijs committere potest. Nam cum ipse nõ possit, ut sup. nec filijs poterit committere. Fateor ramen filios ex dolore paterno vel proprio excusandos à pœna ordinaria, ut in d. l. Gracchus, & in c. si verò. su. al.

192

† Sexto infero contra id quod not. Bart. in l. Imperator Adrianus, de stat. homi. quod pater potest occidere etiam filiam prægnantem, & ante eum fuit opinio Guil. quem sequitur ibi Bald. in apostil. vbi idem dicebat de vxore, si ex statuto liceret occidere vxorem, ut audio apud nostros Hispanos legem esse Hispaniarum vniuersalem. Itaque in casibus, in quibus licet occidere, occidi etiam potest prægnans, idem tenet D. Feli. in c. si verò. su. al. & ibi Barba.

193

† Mihi certè durissima est hæc sententia, qua & duo corpora & animæ pereant, & qua pater filiam & nepotem occidat, alteram tanto supplicio indignam, alteram

rum

rum omninò innocentem, & idem in marito, cuius filius cenfetur nascendus, vt in l. miles. §. defuncto. ad l. Iul. de adult. ff. quid sentiret, maximè apud Chrifticolas veræ iuftitiæ cultores, vt maritus poffit in flagranti delicto occidere adulterum & adulteram, & infantem filium forfan proprium innocentem, quorum animas cum corporibus fatis teneri potest omnes perire, ius enim talia cum non fint iufta, difponere non potest & quod iuftū non fit occidere maritū, peccatum occiforis oftēdit, quod omnes fatentur, vt fuprà expofui, † quanto minus vxorem, quæ pars eft corporis fui, vt in lib. Genef. & in c. admonere, fu. al. & in c. debitū. de big. & in c. gaudemus, de diuor. & multò minus filiū innocen.

194

Quinimò ego crederem, quod quamuis vxorem vel filium occidere concederetur, tamen prægnantem occidere poffe crudeliter & barbarè interpretatum. Nam regula eft iufta, quod inexplicabili pœna fanctius eft nocentem impunitum relinquere, quàm innocentē damnare, vt in l. abfentem, de pœn. ff. in c. facris. de fepul. quanto magis quod pœna dilatione difcerni potest? † & idè cautiffimè eft traditum, quod mulier vltimo fupplicio damnata, fi eft prægnans vſque ad partum nō eft morti tradenda, vt in ead. l. Imperator Adrianus, quanto igitur minus pater occidere poterit ventrem nepōte plenum, & idem de marito, vnde crudelis videtur talis facultatis interpretatio. Nec obftant Guil. & Bar. fundamenta, & dicunt, quod potest occidere, quia impetus feu dolor acerrimus cum excufat, vnde quamuis fit prægnans, factum, non iuris ordo attenditur, ita ipſi.

196

† Profectò hæc verba videntur inconſultè ſcripta, dicunt imprimis eum poffe occidere, quia dolor excufat, & de potentia iuris loquantur oportet, vt in l. ait prætor, & in d. l. nec in ead. quia pater ius habet, potest iure occidere fecundum iuris ciuilibus intentionem, & idem de marito, qui ſtatuto municipali potest. Si igitur potest, ad quid ponderatur excufatio, ad id quod iuſtè fit? Dolor ergo non excufat, quia non eft excufationi lo-

196



cus in his, quæ iustè aguntur.

Rursus dum dicunt, quod hic factum attenditur, dicere, quod aut consideramus iuris facultatem, & certè ius habent occidendi, vt in l. marito in fin. ibi & rectius dicitur eos ius occidendi habere. Ergo quamuis iure filiam vel vxorem occidere possent, prægnantem certè non possunt, vt in d. l. Imperator. & per regulam superiorem. Aut cōsideramus dolorem et fateor, quod dolor non cessat, quamuis sit prægnans, dolor tamen non est iusta causa ad occidendum prægnantē, & absit quod iure hoc permittatur. Si verò loquimur, quod de facto occidere potest, etiā ego possum improbè imperatorem occidere, & hoc nihil ad casum. Fatendum tamen est in tali miseria patrem vel maritum non vltimo supplicio tradendum, quia dolor excusaret à pœna parricidij ordinaria, de qua in l. i. & fin. ad leg. Pomp. & etiā à pœna homicidij arguunt l. si adulterium. §. imperatores. & c. si verò. su. al. sed imponetur alia pœna, quæ erit maior. quam si non prægnantem occidisset, cum occidendi non sit iusta causa, quamuis à lege approbata, quia tales leges non habent veram iusticiam, licèt sint Romanorum & Atheniensium Solonis scilicet & Draconis, quia nō conueniunt legum vero fini, quem finem regularem ad vitam æternam ipsi ignorarunt, nos verò Christi noua luce, & vero testamento cognouimus.

197

† Duodecima principalis illatio sit ad id de quo queritur. An legatum rei alienæ de iure Canonico valeat, de quo habemus text. in c. filius noster. de test. vbi secundum vnā expositionem glossæ, quam sequitur Dom. Abb. tam in notabilibus, quàm etiam in glossis, & in rep. c. cum esses. eo. titu. Planè verum est, quod quamuis legatum rei alienæ scienter factum valeat de iure ciuili siue quoad rem, siue quoad extimationem, vt in l. cum alienā. C. de leg. cum simi. De iure tamē Canonico nō valet, vt in d. c. filius, vbi tex. hanc assignat differentiam inter ius Canonicum & Ciuile, cum dicat,  
quod

quod lege Dei, non lege seculari viuitur & reliqua. Et hunc intellectum inter sex intellectus, quos ibi exarat Do. Abb. tanquam aptiorem & veriore[m] amplectitur, & ceteros abijcit, & idem tenet ibi Ioan. de Imo. quem eundem sequitur glo. in d. l. cum alienam. Ludo. Rom. in repet. Auth. similiter, in 10. speciali piæ causæ. C. ad l. Falcid. Alex. & Do. Iaf. in d. l. cum alienam. Felin. in c. Ecclesia S. Mariæ, de consti. char. 5. versicul. quarta de claratio.

Verum si conclusio est vera, necesse est, quod leges ciuiles in ista materia loquētes nullæ sunt, vt ostendam inferius, quia tamen leges illæ habent iustam causam, idèo aliter intelligendum considerabam.

Primò igitur videndum est, an illæ leges habeant iustum fundamentum. Et certum est, quod habent. Nam si testator sciēs rem esse alienam eam tibi legauerit, interpretatur iustestatorem ipsum voluisse, vt hæres redimeret rem, aut tibi daret extimationem, vt in l. cum rem. & in l. proprias. C. de fideicom. & in l. vnum familia. §. si rem de leg. 2. & in §. si cui fundus. de leg. Instit. Hoc ergo nullam habet iustitiam, quinimò voluntas testatoris impletur, ad quam adimplendam tenemur omni lege, vt in l. i. de sacrosan. eccles. & eam præcepit apostolus adimpleri in c. vltima voluntas, 13. quæst. 2. & in c. iudicante de test. adèo † quod dicebant Do. An- 198  
ton. & Dom. Abb. in c. cum effes. de test. sub peccato mortali, obseruari debere voluntates rationabiles defuncti per c. vltima voluntas su. al. Vnde Ecclesia debet se intròmittere ad executionem voluntatis vltimæ, vt in c. si hæredes. de test. At quod res sit aliena, nihil impedit, nec obstat huic iuris interpretationi, qui aut vult distrahere eam ille, cuius res est, & nulla fit ei iniuria, vt in reg. volenti. ff. de reg. iur. aut non vult, & soluitur extimatio, & per eam adimpletur testatoris voluntas, qui ita creditur voluisse, prout iure interpretatur, vt in l. fin. ff. de hære. instit. item quod iuris ciuilis interpretatio vera iustitia non sit improbanda, fatetur idem

Dom. Abb. in d. c. filius, in ultimo notab. & idem fate-  
ri cogitur in exp. gloss. & in d. c. cum esses. & Felin. v-  
bi supra. cum dicunt, quod leges illæ non continent  
peccatum, sed interpretantur testatoris voluntatem,  
quæ interpretatio (vt exposui) iustam habet rationem.  
Igitur Canon non potest dicere aliam esse legem Dei  
à lege seculari, quia tunc necessariò lex ipsa secularis  
non esset omninò sine peccato, quod inferiùs clariùs  
exponam.

Item est regula vndique patens, quòd quando le-  
ges non nutriunt peccatum, debent obseruari in foro a-  
nimæ, & in iudicio Canonico: ergò leges prædictæ te-  
nendæ sunt à lege Canonica, vt in c. i. de nou. ope. nunc.  
in c. si adiutorium. & in c. quoniam cum alijs, 10. dist. &  
dicitur in c. super specula. de priuileg. quòd S. Romana  
Ecclesia legum secularium non respuit famulatum.

Item huius opinionis dubitationem ex eo habere  
poteris, quòd eius ratio non est iusta, nec constans: nam  
dicunt esse differentiam, quia textus eam asserit, & dif-  
ferentiam rationis reddunt, quia illa lex Ciuilis fouet  
quodammodò lucrum odiosum hæredi, & idè non vi-  
detur quòd sit fundata super ratione naturali, quia il-  
lud lucrum extorquetur ab ipso hærede non constito de  
voluntate testatoris, ita dicit sæpiùs Dom. Abb.

Primò, quòd dicunt leges fauere hæredi odioso, hoc  
nihil est, quia secundùm hoc nullum legatum vale-  
ret tanquàm odiosum, sed consideratur non damnum  
hæredis, vel lucrum legatarij, sed volùtas testatoris, quæ  
est exequenda, quia ab eadem voluntate est hæres & le-  
gatus. Vnde nec hæres habet lucrum, vel damnum,  
nec legatarius, nisi à voluntatè testatoris, quæ est regula  
& mensura in testamento, vt in Auth. quomod. oport.  
epif. §. disponat: vnde cum verum sit à testatøre rem  
alienam scienter legatam, eadem res vel extimatio eius  
pertinet ad legatarium ex voluntate testatoris: & in  
hoc versatur iustitia ciuilis.

luntate, ego non possum ei assentire. Ratio, quia rem alienam scienter legat, ergo voluit legare, quia dicebat I. C. Tubero. Ego quidem non arbitror quemque dicere, quod non sentit, & nemo existimandus id dixisse, quod non mente agitauerit, ut in l. Labeo, §. idem Tubero, ff. de sup. leg. & secundum iustitiæ diuinæ regulam non est credendum aliquem mentitum esse, ut in regul. estote misericordes, de regul. iur. & in regul. nemo præsumitur, de reg. iur. † Et mendacium est secundum Augustin, aliud dicere, quam sentiat cum voluntate fallendi. ita enim definitur: Mendacium est falsa significatio vocis cum voluntate fallendi, ut in c. beatus, 21. q. 2. vnde testatorem voluisse legare dicendum est. Et hoc est quod lex requirit scientiam legantis, ut valeat legatum, quia tunc verum est eum voluisse legare rem alienam, nec aliud elici potest à voluntate, quæ ex verbis declaratur, ut in d. §. idem Tubero. Igitur in hoc non est diuersum ius Canonicum vel diuinum à lege Ciuili.

200

Præterea ille textus in c. filius. non sentit hanc rationem, sed aliam, de qua inferius.

† Item, cum dicant, quod non constant de voluntate testatoris, scilicet voluisse legare, quæramus ab eis, an constet de voluntate contraria, ut contrarium sit lege Dei, quam lege Ciuili. Nam si non constat de voluntate contraria, malè disceditur à dispositione legum hoc fundamento & ratione, qua lege diuina sit contrarium iudicandum. Hoc enim iuris iudicium est, non Dei, cui mentiri non potest. Iudicandum igitur est ex probationibus, ut in c. à nobis, de senten. excommun. At ius Ciuile iudicat ex verbis mentem, quia verba sunt instrumenta naturaliter approbata, ex quibus iuste mens ipsa probatur, ut in dicto §. idem Tubero. Igitur ad hanc probationem mentis delendam, necesse erat probare voluntatem contrariam, aliàs lex diuina malè discederet à lege humana, vel econuersò humana à diuina.

201

† Id.

† Idcirco, vt leges humanæ quæ iustæ sunt, in suo vigore maneant, ego ita cogitabam, & fingo casum in d. c. filius, Quidam gratia sepulturæ suæ Ecclesiæ reliquit legata, quæ non erant iuris sui, sed erant de bonis & proprietate cuiusdam Ecclesiæ, quæ quidem legata siue de nouo, siue forsan antiquitus peruenerunt ad Ecclesiam legatariam quoad possessionem. Agebatur fortè contra Ecclesiam possidentem ab Ecclesia, quæ erat domina. Episcopus Ecclesiæ possessoris hac occasione conabatur tenere res alterius Ecclesiæ, qua tamen sibi erant legata, & quia lege Ciuili res aliena legari potest. Hæres forsan molestabatur ab Ecclesia domina, vt saltè extimatione sibi solueret, cū ab illo Episcopo possessore rem suam recuperare non posset hæres, ex hoc conqueritur apud Romanum Pontificem, qui respondet contra Episcopum possessorem, quòd Ecclesia lege Dei constringitur, & non lege huius seculi. At lege Dei constat, quòd iniuste detinet rem alienam, quam ante omnia restituere tenetur. Ideò discernit, ante omnia talia bona restituenda Ecclesiæ, cuius erant. Hic est casus, quem probabo ex text. & certè casus iste omni iure Canonico & Ciuili, & etiam naturali, & diuino habet manifestam.

Primò, quòd Ecclesia legataria possideret rem Ecclesiæ sibi legatam, probatur ex decisione text. cuius verba hæc sunt: Valdè mihi videtur iniustum, vt res tibi legata, quæ cuiusdam Ecclesiæ esse perhibentur, à te teneantur, qui aliena restituere debuisti. Ecce quòd ille Episcopus tenebat res alterius Ecclesiæ, vt sibi legatas, hoc igitur constat ex textu, in quo stat vis tota. Item quòd hæres super extimatione etiam molestaretur, coniecturatur, quia ipse est conquestus, vt dicitur in textu, & hoc etiam confirmatur, quia ipse non possidebat rem, & possidebat eam legatarius. Igitur ab eo non molestabatur, qui habebat quod quærebat, vt in l. i. §. interdictum, ff. vti possidetis. Vnde coniecturandum potius est, quòd molestaretur ab Ecclesia, quæ erat domina: & ita

ita verificabis casum, quem supra exposui: † cuius decisio hæc est, quòd res aliena legata ab ipso legatario possessa restituenda est domino. Nam Summus Pontifex in casu nostro ita respondet: Valdè mihi videtur iniustum, vt res tibi legata, quæ cuiusdam Ecclesiæ esse perhibentur, à te teneantur, quia aliena restituere debuisti. Hæc igitur decisio, videamus an iusta sit omnî iure, & certè valet iure diuino & naturali: quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum: item ius suum cuique est tribuendum, vt in l. iustitia, de iustit. & iur. quod idem est iure Ciuili. † Nam quamuis res aliena legari possit, vt redimatur, vel soluatur extimatio, restamen aliena inuito domino detineri non potest, vt in d. l. iustitia. Hoc enim est ex primis præceptis iuris, vt dicebam in princip. huius tractatus, quod etiam ab eisdem legibus in hac ipsa materia dilucidè patet: quia quando res aliena legatur, redimenda est peccato, & redempta datur legatario: ergò cum à legatario possidetur, non est aliena, vt in l. inciuile, C. de rei vendic. & in l. nunquam, de acquiren. rer. domin. ff. & in §. venditæ, Instit. de rer. diuis. sed quia redempta non erat, dicebat Summus Pontifex, quòd videbatur sibi valdè iniustum, vt Episcopus detineret ea, quæ erant alterius Ecclesiæ.

Obstat tamen ponderatio communis opinionis, quia text. in d. c. filius, vult aliud sentire de iure Ciuili, quàm disponatur in illa decisione. Respondeo, quòd ibi non deciditur contra legem Ciuilem, immò idem esset dicendum de iure Ciuili, vt supra, & etiam inferius ostendam. Nec obstant verba illa, sed quia lege Dei, non lege huius seculi viuimus, & reliqua. Nam respondet fundamento Episcopi, qui detinebat res alterius Ecclesiæ hac occasione, quia quamuis alienæ essent, sibi poterant legari. Et huic obiecto respondet, quòd leges sæculi nihil faciant ad ipsum Episcopum, quia habet legem Dei, qua restituere tenetur res alienas. Itaq; Summus Pontifex voluit ibi discutere, an lege Ciuili valeret lega-

legatum, vel teneretur restituere. Sed cum audiuit allegari legem Ciuilem ad detentionem rei alienæ, statim facili responsione excludit allegationem, quia constat lege Dei, Episcopum teneri ad restitutionem rei alienæ. Nec in hoc sunt admittendæ leges Ciuiles, quia lege Dei viuimus, ita dicit textus, & hic est verus sensus. Similis responsio Romani Pontificis habetur in c. inter hæc, 23. quæst. 2. vbi fuit consultus, an maritus uxorem adulteram possit secundum mundanas leges interficere: & respondit Summus Pontifex, quod sancta Dei Ecclesia mundanis non constringitur legibus, & non habet gladium nisi spirituale, & reliqua. Ecce, quod quærebatur, an liceat uxorem occidere, & falsum est, quod liceat, vt in l. nec in ea. & in l. marito. & in l. si adulterium, §. Imperatores, ff. ad legem Iul. de adulter. Hoc tamen Romanus Pontifex discutere noluit, & quamuis in hoc non discordabat à lege Canonica, vt in c. si verò, de senten. excomm. & dixi supra in illatione II. principali. dicit tamen, quod Romana Ecclesia non curat de legibus, quia lege Dei videt non esse occidendam, nec habet gladium quo occidat, sed quo viuificat. Ita igitur in proposito nostro, leges à consultantibus adducebantur, quibus videbatur probari, rem alianam non esse restituendam, & quamuis probatur, non benè tamen curauit Summus Pontifex discutere & examinare allegationē, quia videbat legem Dei contrariam conclusioni, & refellit allegationes, non quod allegationibus rectè probaretur. facit quod dicitur non discutiendam nec admittendam probationem, quando quod proponitur, non iustè concludit, vt in c. per tuas, vers. quoniam, de simon. in c. cum contingat, de offi. deleg. in l. ad probationem, C. de prob.

205

† Denuò hunc intellectum ratione necessaria probato: nam decisio illius c. filius. habet auctoritatem & rationem omni iure concludentē. De ratione primò constat, quia dicit res alienas detinere Episcopum nō posse, sed ad eas domino restituendas teneri, quāuis sint sibi legata.

gatz. Hoc quippe est præceptum naturale & diuinum, ex quo pendent Leges & Prophetæ, vt in c. i. ibi. in d. l. iustitia. & est ex propria iustitiæ descriptione, vt Instit. de iusti. & iur. in princip. & in l. iustitia, ff. eod. tit. Vnde lex Ciuilis deuiaret, immò aberraret à suis principijs, & à vero tramite, quando aliquid disponderet cōtra prima principia. Nam quodcunque benè ordinatum, debet esse reducibile ad principium, ex quo originem ducit. Lex igitur, quæ regula est, si dissentit à principijs, ex quibus ducitur, potius dicitur errare, quàm regulare, vt in c. sunt quidam, 2. q. 1. Vnde constat, quòd illa lex Ciuilis, quæ disponit rem alienam legatam deberi legatario, non debet trahi, vt aliena res eidem detur inuito domino: tunc enim lex illa peccaret in principium, vnde deriuatur. Nam aliena res redimenda est, vel eius extimatio reddenda est legatario, quia sibi debetur ex voluntate testatoris, & iustitia reddit cuicumque ius, quod sibi debetur. Non tamè debetur eodem modo, vt auferatur domino eo inuito, ne lex peccet in suis principijs. & hoc est quod dicitur in c. filius. quòd hoc videretur valdè iniustum.

† Præterea auctoritate probatur: quia Summus Pontifex in c. filius. prosequitur legem Dei, vt constat ibi, quia lege Dei viuimus. Ergò sequitur, quòd lege Ciuili non potest disponi contrarium, vt in c. qui resistit. & in c. Iulianus, 11. q. 3. & in c. quæ contra mores, 2. dist. & in c. fin. 9. dist. & ita in proposito tenet Bart. in l. fin. C. si contra ius, vel vtil. public. Nam seruus non potest quicquam facere contra legem Domini, vt dicebat glo. in Auth. ad hæc, C. de vsur. & in superioribus, maximè in princip. latè disserui. Vnde non est dicendum, quòd Canones disponant in isto casu contra leges Ciuiles, vel econuersò. Nam nullus in mundo probabit, quòd decisio text. in c. filius. sit contra leges, nec obstant verba text. in medio prolata, ex quibus Doctores sumunt fundamentum ad ruinam legum: nam his ita respondetur vt dixi.

205

† Hinc



† Hinc primò infero contra ea quæ dicit Do. Abb. in calce in d. c. filius. vbi dicit quod dispositio d. c. filius non habet locum in foro seculari, sed solùm in foro ecclesiastico. argu. c. si duobus. de appell. Aduerte quia si text. in c. duobus determinat ratione naturali, qua vnicuique quod suum est, tribuendum, & quirem alienam non restituit, peccat mortaliter, nec aliter absolui potest, vt in c. peccatum. de reg. in 6. item quia id disponitur lege Dei. Igitur debet obseruari in omni foro, quæ super his quæ fundantur in præceptis naturalibus & diuinis, & super euitando peccato, quodcunque determinatur per ecclesiam, tenetur per omnes, & apud omnes debet obseruari, vt fatentur oēs Canonistæ in c. t. de noui oper. nunciat. & legistæ in l. priuilegia. C. de sacros. eccles. & suprâ sæpius exposui. Vnde cum in c. filius, habeamus determinationem, qua Ecclesia iudicat, quod valdè iniustum videtur, vt Episcopus vel alius res alienas quamuis sibi legatas retineat, eadem est determinatio sequenda, quia hoc est verum iudicium dependens à iudicio & lege Dei, quò iudicio omnes astringimur, vt in c. i. de const. & ibi not. Innoc. & Abb. Nec obstat text. in d. c. si duobus, quia illud non procedit, quando Ecclesia discedit à lege ciuili auctoritate legis diuinæ, vel ex principijs primis naturalibus. vel etiam si euitandum peccatum procedant, vt tenent Doctores in d. c. t. & in l. priuilegia.

† Secundo contra communem opinionem inferitur, quod legatum rei alienæ valet de iure Canonico scilicet, vt redimantur res voluntate domini, vel soluantur extimatio. Nec in hoc corrigitur ius ciuile, quia iustum est, vt procedit æquitate adimplendæ voluntatis testatoris, nec obstat decisio text. in c. filius quæ aliorsum tendit, vt ibi vides, & ego superius exposui casum.

Tertiò infero contra tertium notabile domini Abb. in dict. c. filius vbi ex textus notat quod lex Canonica appel-

appellatur lex Dei, quæ in hoc differt à lege Ciuili, quia hæc tractat de Deo, & intendit semper præcidere peccata, & dirigere homines in Deum. ita ipse.

Certè quamuis Ecclesia diligentius circa conseruationem veram generis humani iustitiam prosequatur, tamen idem est finis legum, & etiam tractatus, vt ego differui in princip. nostri operis. Nec obstat textus iste, qui non adducit legem Dei, vt diuersam à lege seculi, sed eam adducit ad refutandam ineptam defensionem ex lege Ciuili. cum patenter constet, res alienas esse restituendas.

Item, si velis permanere tenax legem Dei vt diuersam, id est, ferè contrariam esse adductam.

Aduerte, quòd hic conquestus fuit hæres, & non dominus rei, & non est facienda restitutio hæredi, sed domino, cuius res legata erant. Et quamuis de iure Ciuili non petenti sit restitutio facienda, quinimò præscribitur contra negligentes, vt in l. 1. & 2. & per totum, de vsucap. ff. & C. de præscrip. long. temp. & 30. vel 40. annor. tamen quia possessio rei alienæ non est sine peccato, vt in c. peccatum, de reg. iur. lib. 6. idè ex lege Dei dicit text. valdè sibi videri iniustum, vt Episcopus possideat alterius Ecclesiæ, quas restituere debuisset: & hic erit etiã pulcher intellectus.

Ex his quartò inferas, quòd ille textus non habet fundamentum in hoc, quòd esset legata res Ecclesiæ, quamuis glo. in c. si Episcopus, 12. q. 35 in hoc consideret ius versari. & idem Innoc. in d. c. filius. sed certè text. rationem habet generalem rei alienæ, ibi, à te teneatur, qui aliena restituere debuisti. Hæc igitur ratio est, & in hoc versatur tota dispositio, idè non placet intellectus Cardinalis.

At inconsideranter dicebant Moderni, vt Dom. Iason in 4. colum. in d. l. qui alienam. vbi cum eis tenet; quòd Cardinalis diuinabat in d. c. filius. rem alienam legatam fuisse Ecclesiæ, quia secundum text. non constat, an fuisset Ecclesiæ, vel alterius, quippe Dominus Car-

K

dina-

non diuinat, sed ipsi eius diuinationem somniarunt. Nam ex tex. euidenter constat, res alterius Ecclesie fuisse legatas, vt ibi, res tibi legate, quæ cuiusdam Ecclesie esse perhibentur. Sed quamuis Dom. Cardin. verum dixerit in casu, in iure in hoc nihil est, quia vniuersaliter ius versatur in ratione rei alienæ, vt dixi, & patet in textu.

208

† Quintò inferitur contra doctrinam Abb. in d. c. filius, vlt. not. quòd vbicunque ius Ciuile fouet lucrum odiosum proximo, vel rigorem quendam, tunc non sit seruanda talis lex in foro Canonico, licet expressè non reprobetur. & Felin. in d. c. Ecclesia S. Mariæ, char. 5. in declarat. 4. dicebat hoc perpetuò notandum ad multa; maximè ad limitationem eorum, quæ notantur in d. c. 1. de nou. oper. nunc.

Aduerte, quòd ista regula sumitur à falso fundamento, scilicet à textu in c. filius. vbi credunt legatum rei alienæ non valere de iure Canonico, quamuis valet de iure Ciuili: nam eò modo quo valet iure Ciuili, valet Canonico, vt supra, nec in validitate legati fundatur illa decretalis, sed in restitutione rei alienæ.

209

† Item, dum dicant lucrum odiosum proximo, ego vellem quærere ab his Patribus, qui iure inuenerint legata, quia sint ab hærede præstanda, sint odiosa proximo. Nam legatum est donatio de re à testatore relicta, ab hærede præstanda, vt in l. legatum, de lega. 3. ff. & donatio de sua natura, cum à liberalitate ducat originem, non habet odium, vt in c. 1. de donat. nec est odiosum voluntatem testatoris in legatis manere validam, quin immò etiam si testamentum nuncupatur per contratabulas bonorum possessionem, tamen legata præstari ex voluntate testatoris, naturali æquitate cautum est, vt in tit. de leg. præst. & patet expressè in l. 1. in princip. eodem tit. ibi. hic titulus de legatis præstandis naturalem habet æquitatem. Idem in Authent. ex causa, cum Authent. vnde sumitur, C. de lib. præterit.

&amp; vo-

& voluntatem testatoris in legatis obseruare bonum est & æquum, vt in l. filio præterito, de iniust. rupt. testamen. ff. vbi quamuis subtilitate iuris Ciuilis rupto testamento legata non valeant, tamen voluntatem seruare testatoris æquum est & iustum. Vnde non debent notare Doctores, quòd lucrum sit odiosum proximo, id est, hæredi soluere legata, & quòd ideo leges non sint seruandæ tanquàm odiosæ: hinc & malè negant, quòd tales leges non habeant rationem naturalem, quinimò ratione naturali fundantur, vt in d. l. i. de leg. præst.

Demum, vt veriùs rem ipsam apprehendamus, queramus causas: certè hoc est ius vniuersale, nò odiosum, sed naturalem habens æquitatem, vt hæres legata soluat, quòd iam probaui. † Quæro igitur causam, quare impediatur hæc iustitia vniuersalis in legato rei alienæ. Si respondebis, quia est aliena, ergò considerabam ex causa nòd impediri iustè, quia tunc valet legatū, quando testator sciebat rem esse alienam, vt in d. l. non alienam. Igitur mens ipsa non fallitur, quia iniquum est interpretari, vt ipse velit rem alienam auferri inuito domino, sed secundum iustitiam debet interpretari, vt interpretatur ius Ciuile, scilicet vt res à domino redempta tradatur legatario, vel si dominus nolit eam distrahère, detur extimatio. Hæc est interpretatio verè iustitiæ & Euangelica, quia non debemus interpretari mentem testatoris, vt mentiatur, vel vt velit rapere rem alienam, vt in c. estote misericordes de verbor. signific. Præterea quòd legatum rei alienæ non habeat in se aliquid iniustum, probatur: quia ego possum promittere rem alienam, & valet promissio. quia dum scio eam esse alienam, habeo redimendi mentem, si iusto precio & commodè redimi possit, vt in l. sed Celsus. & in l. pacta, §. final. de contrah. emp. Si tamen redimi non possit, extimationem soluendi mentem habere interpretatur, vt in l. non dubium, de leg. 3. in l. apud Iulianum, §. final. de legat. i. in

210

§. non solum, Instit. de leg. ad eod quod hominem mortuum, quem ego mortuum scio, promittere possum, quia dum scio eum mortuum, de extimatione cogito, l. seruum eius, §. fin. de verbor. obliga. & ibi Bart. in l. promissor, la. z. de constit. pec. ff. Itaque nihil habet iniusti talis promissio, quod res sit aliena, si tamen talis est, que in commercio esse possit, vt in l. inter stipulantem, §. sacram, de verborum obligat. Cum igitur in legato rei alienæ in causa agente non insit vitium, nec inesse possit, potest iuste interpretari. At cum nec ex parte Rei, quæ in commercio esse potest, impediatur legatum, sequitur valet tale legatum, quia habet causas naturales ratione non impeditas, scilicet legantem rem alienam, & eum cui legatur: vnde fati: constat, tale legatum non esse contra legem Dei, nec valde iniustum.

Idcirco necesse est, quod decisio c. filius. aliorum tendat, & quod iure Canonico legatum valet, nec fit odiosum, neque rigorosum, & sine ratione naturali: nam est æquum & iustum, & æquitatem habet naturalem, vt in d. l. i. de leg. præst.

211 † Sexto inferitur ad dubium, an verum sit, quod legatum factum de rebus Ecclesiæ, valeat, & Abb. sententia fuit in d. c. filius, in tertia lectura, quod si verum esset, quod legatum rei alienæ valebat, valeret etiam legatum rerum ecclesiasticarum. Ratio, quia in multis casibus res ecclesiasticæ possunt alienari, vt in Summa 12. quæst. 2. Vnde dicebat ipse, quod legatum rei ecclesiasticæ valeret, quamuis rei sacræ non valeret: & idcirco impugnat intellectum, & Dom. Anton. qui intelligebant text. in c. filius. in rebus Ecclesiæ specialiter. & idem tenuit Bald. in d. l. cum alienam. & Bald. Paul. & Ioan. de Imol. & Alexand. in d. l. apud Iulianum. & Hostien. in c. cum filius.

212 † Aduerte, quod quamuis iustitia illius c. filius. sit vniuersalis, & non specialis, non vt Abb. & communiter alij credunt, sed vt nos exposuimus, tamē Dominus Imol.

Imol. & Dom. Anton. rectam (vt mihi videtur) habent sententiam, scilicet quòd de iure Ciuili non valeat legatum rei ecclesiasticæ: & Innocentij fundamenta sunt tria, quia res Ecclesiæ cum magna difficultate alienantur. Item res Ecclesiæ sunt vsui publico destinatæ, vt in c. videntes, 12. q. 2. ergò non valet legatum ex qualibet istarum causarum, vt in d. l. apud Iulianum, §. fi. de leg. 1. Item quia de ecclesiastica non est commercium inter laicos, vt in c. non liceat Papæ, 12. q. 2.

† Tu strictius formes argumentum: **Quandocun-** que res aliena est prohibita distrahi, vel alienari, non potest ea legari, nec potest in contractum deduci. ita dicit I. C. in l. sed Celsus, in princip. de contrahen. emptio. & idem sentit text. in d. l. apud Iulianum, in fine, ibi, quæ distrahi non solet, legari non potest, sed res Ecclesiæ prohibentur alienari, vt in tit. de rebus eccles. non alien. in c. nulli licet, eod. tit. & in c. sine exceptione, 12. q. 2. vbi sine exceptione est prohibitum, ne Ecclesiæ res alienentur. Igitur cum sint prohibite alienari, nec legari poterunt.

Vnde cohærendo etiam intellectui Dom. Innoc. in vna parte text. erit singularis in d. c. filius. quòd cum ille filius & hæres molestaretur forsan ab Ecclesia, cuius erant res, vt solueret interesse, vel extimationem, ipse fuit conquestus apud Summum Pontificem, & Summus Pontifex quamprimùm lege Dei præcipit Episcopo, vt restituat res alienas, quia ad hoc tenebatur, quasi hoc solum remaneret in causâ: nam restitutione facta nihil remanebat iure expediendum, quia legatarius nihil habebat. Si tamen deinde legati extimationem petere velit, obstabit sibi res publicas esse legatas, & quarum alienatio est interdicta, vt in d. l. sed Celsus. & in l. apud Iulianum.

† Non obstat primò fundamentum Abbatis, quòd res alienæ in aliquo casu alienari soleant. Quia respon-

deo, edictum alienationis esse prohibitorium, & ex regula est sumendum ius, non ex exceptione, vt not. in

regul. i. de reg. iur. lib. 6. in gloss. mag. ferè ad finem. & in l. nam ad ea, ff. de leg. maximè quòd sine exceptione prohibetur, ne alienentur, & dum alienentur, magna solèmnitas est adhibenda, vt in c. hoc ius porrectum, 11. quæst. 2. in c. 1. de rebus eccles. non alienand. lib. 6. & in vulg. Authent. hoc ius porrectum. & requiritur euidens vtilitas, vt ibi, ad quam vtilitatem vltra extimationem præstandam, non est æquum teneri hæredem, vt in d. l. non dubium, de lega. 3. vnde ne his inuolucris inuoluamur, instum videtur, ne res Ecclesiæ legari possint.

215 † Non obstat, quòd dicebat Paul. quem sequitur D. Alex. in d. l. apud Iulianum, quòd res Ecclesiæ Romane non possunt legari, prout non possunt legari res Cæsaris, quia hæc est bona æquiparatio, vt not. in Summa, 12. q. 2. secus est de rebus aliarum Ecclesiarum; quia qua ratione dicimus valere legatum fundi dotalis, eadem dicemus valere legatum rei Ecclesiæ.

216 † Attende, quòd illa æquiparatio de rebus Ecclesiæ ad res Cæsaris in ista materia est facienda ad omnem Ecclesiam, quia ea ratio est, quare legatum de re Cæsaris factum non valet, quia non solet alienari, non quia sit Cæsaris: ita perpendes mentem Iurisconsul. in l. apud Iulianum, in fin. Nam cùm dicat. quòd legatum rerum Cæsaris non valet, hanc subiungit rationem, cùm sine consensu Cæsaris distrahi non soleant, ita text. Ratio igitur est non ex iure singulari Cæsaris, sed quia quæ sunt patrimonij eius, distrahi non solent. At ista ratio vniuersalis est ad omnes res Ecclesiasticas, quæ distrahi prohibentur, vt in d. c. sine exceptione. Item si animaduertas gloss. in d. Summa, illa facit æquiparationem ad omnem Ecclesiam. & text. ille expressè generalem exponit rationem prohibitionis tam in Summo Pontifice, quàm in alijs inferioribus Episcopis, in c. non liceat Papæ, sup. alleg. Itaque illa differentia non mihi placet.

217 † Argu. verò de fundo dotali non concludit, quia  
talis

talis fundus faciliorem habet alienationem, vt in l. ita constante, de iur. dot. & in l. si mulier dotis, in princip. & in l. cum maritus, de pact. dot. Non enim illa solennitas nec vtilitatis euidencia exigitur adeò manifesta. De vtilitate tamen non disputo, fat est plura requiri vt in c. 1. de rebus eccles. non alien. lib. 6. & ibi not. & hanc sentent. Innoc. quòd de iure Ciuili & Canonico non valeat legatum rei Ecclesiasticæ, tenet Pet. & Barto. & Nicol. de Neapol. in d. l. apud Inlianum. quæ mihi magis placet.

† Septimò infertur ad id, quod dicit Dom. Anton. & Ioan. de Imol. ibi, quòd non valet legatum rei alienæ, licet fiat Ecclesiæ, quæ videtur æquiparari coniunctæ personæ, & secundum eos tex. est in c. filius. & inter Dom. Anton. & Io de Imol. satis dubitatur, an id sit verum de iure Ciuili, an de iure Canonico tantùm, & ponderabat Do. Ioan. quòd potest intelligi text. ille, quòd loquatur in terris subiectis Imperio.

Ego planè ista intelligo per superiora, ex quibus constat, nullam esse differentiam inter ius Canonicum & Ciuile, nec potest esse differentia contrariæ dispositionis, quia sequeretur, quòd lex Ciuilis non tenderet conuenienter ad finem debitum. Nam si lex diuina est contraria, lex Ciuilis tendit non ad conseruationem, sed ad perditionem, quod esse non potest, quia debet ordinari ad vnam fœlicitatem conuenientem, tamen cum æterna, vt in Auth. vt non luxur. in princip. & dixi suprâ in princip. At æternæ conuenire non potest, si lege Dei est contraria, vt in c. Imperatores, 9. dist. & in c. fin. ead. dist. Igitur non est sumenda interpretatio eo modo, quòd in c. filius, lex Canonica contradicat legi Ciuili ex auctoritate & ratione diuina. Nam si quid est, quòd in c. filius. vltra dicitur, id est, per modum additionis, non cõtradictionis, aliàs necesse esset dicere, nec leges obseruandas in foro seculari, quinimò non esse leges, quæ nec proprio principio, nec fini conuenientia habent. Ego verò ostendi



superiùs earum iústam & necessariam esse sententi-  
am, ex qua innumera poteris inferre in ista mate-  
ria.

219 † Decimatertia principalis illatio inferenda est ad  
quæstionem, quòd cùm leges Imperatorum sint diuini-  
tùs per ora Principum promulgatæ, vt in c. fin. 16. q. 3.  
& in c. quo iure, 8. distinct. non comprehendant cleri-  
cos. & Dom. Felin. qui de hoc latissimè differit in d. c.  
Ecclesia S. Mariæ, fol. 4. vers. quæritur primò. concludit  
ex sententia omnium Doctorum, clericos comprehen-  
di, & rationem dicit esse sumendam à d. c. fin. quia di-  
uinitùs per ora Principum promulgantur: & quia S.  
Romana Ecclesia legum secularium non respuit famu-  
larum, vt in c. super specula. de priuileg. & legibus secu-  
laribus clericos comprehendi probatur per totum, 10.  
dist. maximè in c. si adiutorium. & in c. quoniam. & in  
c. de capitulis.

220 † Tu hæc veriori ratione intelligas: nam illa pro-  
positionem & eius rationem non ita præferendam ex  
eo probatur, quia clerici, qui non sunt inferiores legi-  
bus, eis cõprehendi non possunt, cùm lex nulla compre-  
hendat nisi subditos, vt not. in c. 1. de const. & in c. 2. de  
const. lib. 6. in l. cùm quedã puella, ff. de iurisd. om. iu. &  
quòd clerici non sunt sub imperio legū, satis constat ex  
d. c. Ecclesia S. Mariæ. & in c. fin. de reb. eccle. non alien.  
cùm laicis, nulla sit attributa facultas super Ecclesiasti-  
cis personis, quos obsequendi manet necessitas, non au-  
toritas imperandi. Cùm igitur legi non insit impe-  
rium, sine imperio eos comprehendere non potest. fa-  
cit text. in c. inter hæc, 34. quæst. 2. vbi dicitur, quòd Ro-  
mana Ecclesia mundanis nunquàm constringitur legi-  
bus. Nec obstat supplementum & ratio Arch. ibi, quem  
refert & sequitur Dom. Felin. non constringitur legi-  
bus, scilicet talibus, qualiter erat illa, de qua ibi fit men-  
tio, scilicet vt maritus vxorem adulteram occidere pos-  
set, aliàs Ecclesia tenetur exequi leges humanas, vt in c.  
idèò, 37. dist. & reliqua.

† Ad-

† Aduerte quod in tali expositione primò peccant, dum præsupponunt, quod mundana lege vxorem adulterâ maritus occidat. ¶ Nam non occidit eam sine pœna, vt in l. si adulterium. §. Imperatores. ff. ad l. lul. de adul. & in l. nec in ea. co. tit. & dixi latè supra in n. illarione.

Secundò peccant, dum illum text. volunt exponere ne dicat, quod expressè dicit, scilicet legib<sup>9</sup> mūdānis Ecclesiam non constringi. Nam ibi ea est intentio, quod cum de legibus humanis fuisset consultus, respondet, humanis legibus Ecclesiam non constringi, & ratio est, quia ad legis vinculum necessarium est Imperium, vt in d. c. 2. de const. & mirandum est, quod idem Feli. statim refert S. Doctorem, qui tria ad legis essentiam necessaria demonstrat. & eorum est auctoritas, vt in 1. 2. q. 96. At legumlatōres seculares nullam habent in Ecclesiasticis auctoritatē, maximè in Ecclesia Romanā, imò cū ea sit multò superior, vt in c. solitæ. de maio. & obed. in c. per venerabilem. qui fil. sunt leg. in c. nouit. co. tit. & in extrauag. Boni. VIII. de maio. & obed. contra naturam esset, vt maior lege minoris constringeretur, vt in c. omnes Principes. de maio. & obed. & in c. cum inferior. co. tit.

Nec obstat ratio ex qua probant, scilicet, quod diuinitus leges sunt promulgatæ, quod planè fateri cogimur. † Sed non congruè sequitur, quod ex hoc clericos comprehendas, quia quamuis ipsa ratione & potestate leges comprehendant & constringant subditos prouidentia, vt ipse idem S. Doctor docet, & nos in principio tractatus ostendimus, tamen non constringunt nisi eos, quos eadem prouidentia sibi subiecit, & hoc quod in l. necesse est imperium in d. c. 2. de const. cum siml. & ita dicebat idem S. Thomas tria requiri, vt lex ipsa cōstringat, primum finem boni communis, secundum auctoritatem, scilicet, quod lex lata non excedat potestatem ferentis, tertium æqualitatem oneris impositi secundū proportionem ad bonum commune.

† Vnde si legislator non habeat potestatem, lex non

K 5 constrin-

constringit eos, qui non subijciuntur, nec bona est consequentia, lex est æqua & honesta ergo me ipsum constringit, nisi esset superior, & cui ego subijciar. At si ita arguas, leges humanæ diuinitus promulgantur, sed diuinis omnes subijcimur. Ergo legibus humanis omnes constringimur, & ita erit dicendum de ecclesia inferiore, quæ subijcitur superiori & triumphanti.

224 Respondeo, quod quanquàm leges diuinitus sint promulgatæ, tamen sunt promulgatæ secundum Imperium promulgantis. † Nam iura & leges humanas distribuit Deus generi humano per Principes, vt in lib. Regum, & in c. quo iure. 8. dist. sed non debent mittere falcem in messem alienâ, vt in c. venerabilem, de elect. & in c. nouit. de iudic. & Deus ipse distinxit Imperium seculare ab Ecclesiastico, vt in c. solitæ. de maio. & obe. & in c. quoniam 10. dist.

225 † Rursus non obstant iura in contrarium allegata, quia ita sunt intelligenda, vt leges confirmatæ à Canonibus comprehendant clericos non imperio legum, sed quia Canones volunt leges obseruari ab omnibus tanquàm iustæ. Nam quando leges non sunt contra legem naturæ, vel diuinam, nec contra Ecclesiæ institutiones, tunc ab Ecclesia approbantur, & Imperio & comprobatione Ecclesiastica habent quoad clericos necessitatem, vt in c. 1. de regul. iur. in c. 1. de noui oper. nunciat. in c. 2. de spons. impu. & bonus est textus in c. vt inquisitionis. de hæret. libr. 6. Ea enim nostra facimus, quibus auctoritatem impartimur, vt in l. 1. de vet. iur. enuclean. C. auctoritate igitur Canonum habent locum in foro Ecclesiastico, & ita intellige capitula allegata, in quibus satis cõmendantur leges seculares obseruari debere à summo scilicet Pontifice, vt ipse confirmatione obseruari probetur, ab inferioribus verò vt cõfirmata obseruari probetur, ab inferioribus verò vt confirmata obseruari oportet, aliàs vi propria leges humanæ non constringunt ecclesiam sibi superiorem, vt sup. dicebam. † Sed quæro quæ est ratio, quare summus

Ponti-

Pontifex eas debeat confirmare. Respondeo propter iustitiam eis insitam, quia verè sunt instinctu diuino promulgatæ, & optime prouident humanis negotijs ad conseruationem generis humani, vt in d. c. quo iure, & à seipso patet, & ostendi suprâ in princip. Vnde decet vt summus Pontifex eas accomodet, atque aptet ne ecclesiasticis negocijs, & ita intellige omnia iura Canonica, in quibus à legibus ciuilibus sumitur, & refertur fundamentum, vt in c. ex antiquis. 54. distin. in c. accusatores. & in c. cuius in agendo. 3. q. 8. in c. legibus. & in c. cum deuotissimam. 12. q. 2. in c. 2. de con. præbend. in c. ex diligenti. de simoni. & in c. cum secundum, de hæret. lib. 6. cum mille simil. de quibus latè vide Felinum, vbi suprâ.

† Decimaquarta principalis illatio adaptanda est ad illam pulchram dubitationem. An leges ciuiles super ecclesijs & ecclesiasticis rebus vel personis disponentes sint validæ & confirmatæ de iure Canonico, & profectò operæ precium erit hoc ipsum cognoscere, quia ex hac dubitatione pendent leges & tituli de summa Trinitate & fide Catholica, leges de sacrosanctis Ecclesijs editæ, & de Episcopis & Clericis, cum reliquis titulis Authent.

227

In ista dubitatione D. Abb. in c. Ecclesia S. Mariæ in 4. col. vers. ad primum. tenet tales leges esse nullas, nec esse obseruandas de honestate, idem tenet in repetit. in eo. c. & cum sequitur D. Feli. ibi char. 4. vers. recipit aut. Sententia D. Abb. has habet rationes.

Prima est quod Imperator nullum habet imperium in Ecclesia, rebus vel personis ecclesiasticis. At lex sine imperio nulla est, igitur tales leges cum sint nullæ, nullibi valent.

Secunda, quia ex obseruantia illarum legum denotaretur quædâ superioritas Imperij ad Ecclesiam, vnde contra omnem honestatē est, vt Imperator ingerat falcem in alienam mæssē, vt in c. venerabilem. de elect. & confunditur ordo totius monarchiæ &c.

Hæc

Hæc ego accuratius animaduertenda ex rei graui-  
 tate cogitabam, non enim ita absolute audendum est,  
 228 tot leges pulcherrimas vno verbo delere. † Aduerten-  
 tum igitur, quod in primitiua Ecclesia Imperatores  
 Christianissimi leges edebant etiam de clericis. In his  
 igitur legibus cognoscebant personas Ecclesiasticas ac  
 Ecclesiam non sibi subesse, quinimò esse sibi superio-  
 rem, vt in l. omni, de sacros. Eccles. vbi Theodosius ille  
 noster optimus Imperator ab alio optimo Traiano o-  
 riginem & imaginem ducens, fatetur ecclesiasticam iu-  
 risdictionem non sibi subiectam, quinimò idem Chri-  
 stianissimus, qui fuit anno ab incarnat. 388. Ecclesiam  
 sibi prædicat superiorem, cum ad eam appellandum à  
 iudicio suo decreuisset, vt in c. quicumque litem & in c.  
 229 omnes, 11. q. 1. & refertur in c. nouit. de iud. & † idem de  
 Valentiniano inclito Imperatore, vt ibi dicitur, quo-  
 rum plurimas leges inuenies per totum titulum de sa-  
 cros. ecclesijs, & de episco. & Cler. qui non constituunt  
 eas, vt denotantes Imperium, sed summam religionem  
 profitentes, quod eò manifestè constat, quod Impera-  
 tor in rebus ecclesiasticis & pertinentibus ad spiritua-  
 lem iurisdictionem profiteretur ecclesiam superiorem,  
 vt in Authen. quomodo oport. episco. in princip. vbi si  
 quid in his statuit sacros prosequitur Canones, in Auth.  
 de monach. in fin. & in Auth. vt cler. apud prop. episc. §.  
 fin. & in Auth. de eccles. tit. §. 1. Præterea constat, quod  
 ecclesia illas leges comprobauit, ergo ex comprobatio-  
 ne faciunt ius, quod & auctoritatibus & rationibus  
 ostendo. Si enim lege, iusta decernunt, non ea impe-  
 rando, sed Canonicis institutis inhærendo, ac id iustum  
 ad debitum generis humani gubernationem iudican-  
 do, vt in Auth. quomodo oport. in princip. & in Auth.  
 vt clerici apud prop. episc. in fin. Igitur iustum est id vt  
 iustum comprobari, vt videmus in cæteris alijs legibus,  
 quæ obseruantur & comprobantur à iure Canonico, vt  
 in c. 1. de no. op. nunc. & in c. certum, & in c. fin. 10. dist.  
 Nam quæ ratio est comprobandi alias leges, quoad fo-  
 rum

rum ecclesiasticum, eadem est istas comprobandi, quia ex iustitia comprobantur, & prout in illis non obstat Imperij defectus, ita etiam istis ob stare non debet, cum Imperatores fatentur se non posse spiritualibus imperare. Item hoc sapientissime auctoritate probatur.

† Primò per textum in c. 1. de iura. cal. vbi ipse summus Pontifex disponit clericum per se non debere iurare de calumnia, & fundatur ex auctoritate legum civilium. Nam cum M. Augustus Imperator disposuisset eos propter reuerentiam non debere iurare, vt in c. cum clericis, ver. si lis C. de epif. & cler. & dicit se sequi decisionem filij sui Marci quondam Imperatoris, subiungit hanc rationem. Cùm enim Iustinianus Imperator decreuerit, quòd Canones vim legum habere oportebat, & etiam idem Canonibus caueatur, dignum est, quod diuina & humana lex obseruetur, & quod Imperator decreuit, id à Canonibus confirmetur. Ecce quod in materia iuramenti, cuius licentia ad solam ecclesiam pertinet, vt in c. venerabilem. de elect. & in c. nouit. de iudic. item in casibus, in quibus de clericis discernitur, ius Imperatorum obseruatur non quòd Imperium habeat, sed quia iuste discernit, & idem Do. Abb. in 2. notab. dicit argumentum esse optimùm in illo textu, vbi seruatur lex civilis de clericis disponens.

At si dicas, quòd lex illa disposuit in clericorum fauorem, vt Abb. ibi sentit & in d. c. Ecclesia S. Mariæ. dicerem talem interpretationem non esse iustam, & primò ostendit in eadem l. cum clericis, ver. si lis, de qua fit mentio in d. c. 1. vbi Imperator dicit, clericos non debere iurare, quia in antiquis Canonibus iuramentum clericis prohibebatur. Si igitur decernitur eis prohibitum, hoc non est indultum priuilegiatiuè, nec fauore, quod rursus probatur ex c. 1. vbi dicuntur ista verba: Legibus itaque comperimus esse cautum, vt nullus clericus iurare præsumatur, ecce, quod legibus est cautum, ne præsumat, nec hoc tribuitur in fauorem, quod etiam ex eo apparet, quia non habet fundamentum in fauore. Itaque

que D. Abb. fatetur optimum esse argumentum contra suam opinionem, quia interpretatio de favore nihil est vt dixi.

Nec obstat si quis diceret, quod idem esset statutum de lege Canonica antiqua. Nam quamuis hoc verum sit, nihil tamē iuris mutat, quia summus Pontifex ibi tam leges Canonicas, quā etiam ciuiles, imō ciuiles praei-  
pue confirmat.

331 † Præterea hoc idem optimè probatur in c. 2. de spon. impub. vbi in materia ecclesiastica scilicet in causa matrimoniali, in qua Imperator non habet imperium, vt in c. cum secundum Apostolum, de secund. nup. dicitur terminum à legibus statutum obseruari debere ad contrahendum matrimonium, & ita not. Do. Abb. in 1. not. quod in materia matrimoniali possumus recurrere ad leges Canonibus non contrarias. Eadem ergo est ratio in ista causa, quia diceremus, quod cum nō habeat imperium, non potest leges condere, & per consequens non essent obseruandæ, sed hoc non obstante summus Pontifex prosequitur leges.

Quartò hoc probatur ex c. venientes. de iureiu. vbi etiam in materia iuramenti leges afferuntur ad interpretationem iuramenti. Item in causa matrimoniali in eodem casu, in quo leges, quia contrariæ Canonibus reprobantur tanquam non habentes legis potestatem, in eo tamen in quo confirmare possunt, commendatur imitatio, vt in c. si. de secund. nupt. su. al.

232 † Quintò adduco tibi singularem text. in c. vt inquisitionis, de hæret. lib. 6. vbi ipse summus Pōtifex potestatem se vellet obseruare leges à Frederico olim Imperatore Romano de puniendis hæreticis editas, quatenus Dei & Ecclesiæ sanctæ suæ honorem promouent, & hæreticorum exterminium prosequuntur. Ecce quod in causa hæresis, quæ est Ecclesiastica, leges seculares sunt obseruandæ, & imitandæ, dum iustæ sunt. Nec dicas casum ibi specialem. Nam illa specialitas honoris Dei & Ecclesiæ, quæ tendit ad castigationem hæreticæ

ficæ p̄sautatis non habet causam iuris specialem, quia eodem modo in quolibet crimine etiam Simonicæ leges obseruandæ sunt, dum iustæ sunt, & Canonibus non obuiant, vt in c. ex diligenti, de simo. & ibi gloss. & ita sentit glo, in d. c. inquisitionis. ver. leges, vbi ex sententia Ioan. Andr. Authenticæ Frederici, vt c. de epif. aud., Auth. statuimus, & Auth. credentes, Auth. si verò Dom., & Auth. Gazaros cōprobantur. facit tex. in c. cum secundum leges. eo. titu. libr. 6. facit etiā tex. in c. inter alia, de immun. ecclesiæ, vbi immunitas ecclesiastica secundum leges distinguitur, nec dicas ibi & etiā leges esse priuilegiatias. Nam iure etiam cōmuni sunt leges prosequendæ, vt in d. c. 2. de spons. impub. & in d. c. 1. de iura. calū.

Nec obstant fundamenta Do. Abba. primò dum dicit, quòd leges sine imperio sunt nullæ, certè nullas esse fateri oportet, si ad imperium Imperatoris animū vertamus, sed iustu est eas cōprobari ab ecclesia, vt iusta decernētes, vt in d. c. cerrum & in c. si. 10. dist. & hoc ab eo, Do. Abb. & Feli. constat, qui fatentur, vt fateri oportet, alias leges ciuiles Canonibus non obuiantes à iure Canonico approbatas obseruari debere, vt in d. c. 1. de oper. noui. nunc. & ibi Canonistæ. legistæ in l. priuilegia, C. de epif. & cler. adeò quod dicebant legibus cōprehendi clericos, vt in supra proxima illatione dicebā, & tamen constat leges in clericis non habere imperium. Igitur non poterant cōprehendere; nec valebāt sine imperio.

Sed dicebamus valere comprobatione, & eodē modo dicendā est istas leges comprobatione valere, quod etiā à ratione probatur, quia ea ratione illæ valent, quia iustæ, & quia ab ore diuino profusæ, vt in epist. inter claras, C. de sum. Trin. & fide Cath. & ita dicebat idem Feli. & vidimus in superiori illatione, sed hæc eadē ratio est in legibus positis in titu. de sacrosanct. eccles. & de epif. & Clem. in Auth. quomodo oport. in princ. Nam dum legi diuinæ vel Canonice non aduersantur & tendant ad conseruationem generis humani, & totius Ecclesiæ, & salutem animarū, necesse habent deriuari à lege æterna,

vt



vt ostendo in præsuppositis huius tractatus. Et hæc est ratio, quare decet eas obseruare, quæ communis est in vtrisque, at si dicas leges ex eo iniustas, quia Imperator mittit falcem in messem alienam, vt in d. c. venerabilis, 6. q. 3. c. 1. & in c. nullus de Parochijs. Respõdeo quod verum esset, si eam immitteret vt imperans, sed cum ipse fateatur se subiectum Canonibus & inferiorem summo Pontifici, vt in c. clerici de iudi. & in d. Auth. quomodo oport. & ego superius exposui, non est arguenda iniquitas, maximè quod illo tempore erat necesse, cum Imperator omnia gubernaret, & ita statueret, comprobatione tamen ecclesiastica, & ita respondetur secundo argumento.

233

† Itera considera etiam quod Imperator potest in causis ecclesiasticis procedere prohibendo suos subditos, ne sint hæretici, ne sint simoniaci, ne committant periurium, ne sint vsurarij, ne violent ecclesias &c. huius generis. Nam quamuis ex spiritali iurisdictione crimina sint ecclesiastica, tamen ex seculari possunt seculariter puniri, quia ad benè beateque viuendum sunt institutæ leges, in c. factæ sunt. 4. dist. & ad sceleritatem humanam conuenit delicta puniri c. vt famæ. de sent. excom. in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. Princeps igitur ad finem debitum talia delicta punire potest. Item à veris principijs iuris naturæ, quia natura hæc improba sunt, & idèd punienda, l. i. ff. de furt. At sicut spiritalis iurisdictione potest & debet versari ad conseruationem generis humani, secundum quoad conuenit æternæ salutis, vt in c. quamuis pactum, de pact. libr. 6. in c. cum contingat, de iureiu. in c. vt animarum de constit. libr. 6. ita iurisdictione temporalis debet in eadem conseruatione versari, & quamuis seculares leges genus humanum quoad seculum conseruent, debet tamen ista conseruatio tendere ad veram alterius seculi conseruationem, vt in d. Authen. quomodo oport. in princip. & dixi supra & maximè in princip. huius libri. Quæ igitur ad istam conseruationem tendunt, potest iustitia exequi  
 prin-

princeps secularis, dum non obuiet, nec impediatur executionem ecclesiasticam, vt in c. quoniam 10. distin. Ex his defendes leges positas in tit. de hæret. C. & plures leges in tit. de sacrosanct. eccles. & de Episcop. & cle. & plures leges punientes vel prohibentes periuria, de quibus etiam inferius.

† Deinde ex superioribus poteris inferre ad extensionem, quam dedit Do. Feli. vbi suprâ, quod etiam si leges loquentes de clericis essent insertæ in decretis, tamen cum ipse Gratianus legis condendæ auctoritatem non habet, nulla erant & reliqua. 234

Certè si lex rationalis est nec obuiet iuri Canonico, vt præsupponit Do. Feli. ego tenerem eam ab Ecclesia approbatam, & ex approbatione valere, vnde rectè inserit ipse Gratianus prædictas leges per superiora, & fat est quod habeamus eam, & Dom. Io. Cald. in c. 1. de noui oper. nunc. Auctores huius opinionis eò maxime quod expediret certè non legem sed leges, non leges sed titulos ab improbatione defendere, tu tamen diligenter cogita.

† Quintodecimò infero ad pulchram dubitationem, an testamentum sine septem testibus valeat tam de iure Canonico quàm Ciuili, cum verum sit, quod iure gentium & naturali & lege diuina valeat, vt in c. cum esses. de test. & quorundam non leuium auctorum sententia est, quod testamentum sit omni iure validum, quam quàm desit illa solennitas septem testium, de qua in l. si vnus & in l. hac cõsultissima. G. de test. quia lege Canonica ex auctoritate diuina derogatum est legibus ciuilibus, ita tenebant Alanus Viren. Goffre. Lau. antiqui Doctores, & Hostiens. in d. c. cum esses. quos Do. Anto. & Abb. demum magna disputatione sequuntur ita in lectura, quam etiam in sua solenni repet. 2. & 4. colum. quorum rationes satis vrgentes subijciam. 235

† Prima ratio est, quia peccatum mortale committitur, si voluntas rationalis testatoris duobus probata testimonijs non habeat executionem. Nam vltima 236

L volun-

voluntas est, & sub peccato est obseruanda, vt in c. vltima voluntas, 13. q. 2. ergo leges non valent, vt in c. si de præscrip. Secundò quia tales leges sunt contra legem diuinam, vt in c. cum effes. Tertio, quia sunt contra vniuersalem statum Ecclesiasticum, vt ibidem. Item quia eadem l. diuina vniuersaliter dicitur, quod in ore duorum vel trium stat omne verbum, & qui omne dicit, nihil excludit c. si Romanorum 19. dist. & cum lex diuina non destruxerit, nec nos distinguere debemus, item adducunt inconuenientia, de quibus latius in responsionibus. Quamuis enim antiquorum & modernorum magna sit auctoritas, plus tamen valet apud me legum auctoritas, quàm interpretum, maximè quia tot leges de solennibus testamentis loquentes putet reddere inanes, dum iusta excusatione vti liceat.

237

† Ego itaque non solùm leges ab his, quæ contra opponuntur defendo, sed eorum etiam iustum fundamentum ostendam. Nam leges ciuiles ad euitandas falsas suppositiones testamentorum, quia facilè est de bonis hominis mortui fingere testamenta ac falsa fabricare, introduxit testamentorum solennitatem, qua Reip. quieti subueniret & consuleret, vt in l. iubemus. C. de testa. & in princip. Insti. cod. Vnde dicitur talem solennitatem testium ob publicam vtilitatem esse introductã, cui nec partes renũciare possunt, vt in l. nemo potest. de

238

leg. 1. Bar. in l. 1. §. si filius. de leg. 3. † At cum leges tendere debeant ad commune bonum, vt S. Doctor. 1. 2. q. 96. quinimò cum de ratione legis sit, vt communis tendat & ad bonum cõmune, vt in l. 2. ff. de leg. in Auth. quom. oport. in prin. quanto tendit ad publicam vtilitatem, tantò est accommodatior suæ naturæ, & idèo amplior in interpretatione, vt in l. 1. solut. mat. & quanto tendit ad particulare bonũ, tantò minus habet de legis naturæ, & idèo restringenda est, ac illiberaliter interpretanda, vt in l. quod verò & in l. ius singulare. de leg. Quamuis igitur communi regula duorum testimonio sit assistendum, tamen cum hac eadem regula tēdat ad commune bonum,

bonum, si in casu testamentorū humana prauitate iam deceat introducere maiorem testium solennitatem, & hoc conueniat bono communi, certè in limitatione illius regulæ non contradicimus ei, cum ad eundem finē tendamus. Omnis enim lex hunc finem debet habere, vt tendat ad cōmune bonū & generis humani fœlicitatem, vt in c. factæ 4. dist. & dixi in principi. huius libelli.

† Item harum legum bonitas etiam ab auctore nobis constat. Nam inter primos introductores solennitatis testamentariæ fuit ius prætorium, vt Instit. eod. post princip. quod quidem ius prætorium ex facto & negotiorum experientia communes iuris regulas limitabar, vt in l. ius ciuile, de iusti. & iur. & semper fuit prætor æquitatis præceptor & magister, vt in l. quod si Ephesi, de eo quod certo loco, & patet ferè in omnibus edictorū principijs. Ab auctore igitur rei iniquitatem sumamus, vt in c. scribam & in c. mundana, de præsumpt.

239

Superest ad argumenta respondere, primò dicebatur voluntatem testatoris sub peccato obseruandam, quod fateor, quando legitimè est probata. At si dicas, duobus testibus est legitima probatio secundum legem Euan-gelicam? Respondeo, quod illa lex non est simplex in omni casu, vt patet in cod. c. cum esses. vbi non creditur duobus tantum secundum intellectum prædictorū Doctorum. Itaq; argumentum concluderet contra D. Abb. qui tenet, quòd requiruntur tres saltē, & quod inter eos sit presbyter Parochialis, vt dicitur ibi. Ergo volūtas nō est necessariò obseruāda ex simplici duorum probatione, & vt rursus retorqueas argumentū, consideres, quòd solennitas introducta ad probationem testamentorum nō est contra voluntatem, id est ne voluntas adimpleatur, quinimò vt volūtas adimpleatur & sciamus, quod voluit, vt notat Iurisconsultus in l. diuus Traianus, de testa. milit. solennes igitur leges tendunt ad finem voluntatis adimplendæ. † Nec obstat, quòd aliqua ex causa non adimpleatur, quia lex est regula, quæ rectè communia ducit, & cum omnibus prouidere non possit, id

240

L 2 agit.

agit, vt pluribus prouideat, vt docet S. Doctor. 1. 2. q. 96, art. 2. & quæ semel aut bis (vt ait Theophrastus) accidunt, non curant legislatores, vt in l. ex his & in l. nam ad ea, de leg. 1. ff. Lex enim humana quãtò communius potest, prouidet, nec omnibus prouidere potest, quod diuinæ prouidentia tantum tribuendum est.

Non obstat secundum argumentum, quod certè speciem habet satis aduersam, quia in c. cum esses, dilucidè videtur probari, leges ex quibus non valeant testamenta, nisi septem testibus confirmata, esse contra legem diuinam, quia in l. veteri erat scriptum, quod duorum testimonium esset sufficiens, sicut testatur auctor nostræ salutis in Euangelio Ioannis contra Iudæos. In lege Vestra scriptum est, quoniam duorum hominum testimonium verum est, & consequenter subdebat contra eos, si duorum hominum testimonium verum est, quare testimonium meum & patris mei non accipitis? Idemque testatur Paulus in epistola ad Heb. & in Epist. ad Corinthios: Præuaricans legem Moïsi duobus vel tribus conuictus sine miseratione lapidatur, & reliqua. Vnde apparet, quod leges huic legi contrariæ non sunt leges, nec sunt obseruandæ, vt in c. Imperatores. & in c. fin. 9. dist. & in c. sunt quidam. 25. q. 1. & ita argumentatur in nostro casu text. in c. cum esses, vbi dicit consuetudinem Ecclesiæ Hostiensis conformem illis legibus esse à diuina lege & sanctorum Patrum institutis & à generali consuetudine alienam, & idè eam improbat.

Aduerte primò, quòd leges ciuiles non sunt contra legem diuinam, probabam superius, quia leges ciuiles tendunt ad finem boni communis, quo fine sunt constitutæ omnes leges morales. Itaque tam regul. iur. diuini, quàm etiam regu. vel limitatio legum humanarum tendunt ad eundem finem. Igitur non sunt sibi aduersa, quod etiam ex eo probatur, quia si aduersa essent, regula esset vniuersalis, quod duorum testimonio nunquàm sit credendum, tunc enim esset lex nulla & improbanda, quia essent contra sensum iuris diuini.

At

† At quia ad eundem finem (ad quem regula tendit) lex humana disponat ex necessitate rectæ gubernationis in aliquo casu plures esse testes adhibendos, non ex hoc est diuinæ legi contraria, quod sæpissimè in nostro eodem casu probabo. Primò ex e. licet vniuersis. de testib. vbi summus Pontifex refert eandem regulam iuris diuini, quod in ore duorum vel trium stat omne verbum, tamen dicit aliquas fore causas, in quibus duorum testimonio non statur. Ecce igitur, quod etiam de iure Canonico ab illa regula subducuntur aliqui casus, nec ex hoc dicitur legi diuinæ cōtraueniri, aliàs nec ius Canonicum id posset, vt in d. c. Imperatores, & in c. quæ contra mōres. 8. dist. & aduerte, quod idem Dom. Abb. in d. c. licet in vlt. not. ita asserit, nota optimum rextum quod iura ciuilia requirentia in certis causis testes plures duobus, non sunt irrationabilia. Ita ipse se tamen referens ad ea quæ dixit in c. cum esses. At si rationabilia sunt, contra legem diuinam esse non possunt, vt in c. non est peccatum. §. his ita. distin. 6. Item si rationabilia sunt, non possunt esse nulla, nec contra ius Canonicum, nec contra vniuersalem Ecclesiam cōstituta, cum à iure Canonico approbentur, vt eod. c. licet, & ibi est testis Do. Abb. nec obstat quod ipse intelligit in c. cum esses, vt videbis infra.

† Secundò hoc latè probatur in c. nullam. & in c. prorsus. 2. q. 4. vbi ad condemnationem episcopi requiruntur 72. testes, ad Cardinalium sacerdotum verò depositionem 64. ad diaconi Cardinalis depositionem 27. ad subdiaconum & reliquos 7. requiruntur testes. Ex his igitur apparet illam regulam diuinam non habere locum in casibus, in quibus plurium testium vtilitas ex iusta causa versatur. 242

Tertiò quòd eadem regula à lege positiua sumat interpretationes ex eo constat, quia duo vel tres testes suspecti non sufficiunt, nec esset iustum sufficere, vt in c. licet causam. de prob.

† Quartò, quia duo laici contra clericum non probant 243

bant in criminalibus, & tamen in criminibus exceptis probant, vt latè in c. cum P. Manconela, de accusa. in c. sacerdotes, 2. q. 7. & in c. tanta. de simo. Ecce igitur quod illa regula legis diuinæ distinguitur à lege positum, vt in aliquibus casibus habeat locum, in alijs non habeat. Nam illam Deus de Laicis etiam intellexit, vt in d. c. cū esses, vbi regula adaptatur ad laicos, & in c. in omni negotio, de testib. & alibi sæpè.

Quintò aut tu vis quod illa regula iuris diuini, quæ dicit, in ore duorum stat omne verbum, intelligatur de testibus masculis, & foemina non debent in testimonium admitti, & tamen quandoque admittuntur, vt in causa matrimoniali, in c. videtur, qui matr. accus. poss. & plenè per Hostiens. in tit. de test. §. quis possit esse testis, aut vis, quod intelligatur de masculis & foeminis, & foemina non admittuntur in criminalibus, vt in §. 23. q. vlt. c. fi. & 25. q. 3. de crimine. Nam foemina variū semper est, & murabile, vt apud Virgil. & in c. forus ad fin. de verb. signif.

244. † Idem argumentum est de persona paupere, nam ista sunt requisita ad testimonium, vt dicitur, Condicio, sexus, ætas, descriptio, fama, Fortuna, fides in testib. ista requirunt, vt no. latè in c. 1. eo tit. & Host. in d. §. quis possit esse testis. Vides igitur, quas distinctiones recipiat à iure positiuo illa regula, quæ sumitur à lege diuina, vnde non rectè dicit Do. Abb. nos non debere distinguere, cum illa non distinguat. Nam eadem regula diuina est comprobata à iure ciuili & Canonico, vt in d. c. in omni negotio & c. licet vniuersis. de testib. & in l. vbi numerus. de test. ff. & tamen eadem distinguitur vt vides et in numeris argumentis probari potest.

Nec obstat text. in c. cum esses, quem si rectè ponderes, non improbat leges positiuas, & nihil dicit, nisi qd leges humanæ ita decernunt: Hoc idem & clarius dicitur in c. relatum el. 1. eod. titu. vbi dicitur iudicibus Ecclesiasticæ iurisdictioni subiectis, ne secundum leges, sed secundum Canones debeat duorum testimonio legata ad

ad pias causas iudicare. Itaque leges non improbantur, ex quo sequitur, eas non esse cōtra legem diuinam, quia tunc ad Ecclesiam pertinet decernere nullas, cū legem diuinam debeat obseruare & obseruari facere vsque ad animam & sanguinem, vt in c. sunt quidam, 25. q. 1. & in c. si dominus. & in c. qui omnipotentem. & c. Iulianus. & c. qui resistit. 11. q. 3. & cum non obstātibus legibus peccaretur, vt in c. si. de consuetu. tenebatur leges decernere nullas, vt in c. si. de præscript. At cū non fecerit. certè coniecturari potest eas non fore nullas, maxime quòd si sunt contra legem diuinam, non sunt leges, quia omnes leges habent dependentiam, & rationem à lege æterna, vt dicebat August. in lib. de libe. arb. & ego ostendi in princip. huius lib. & cū sint contra legem Dei, non possunt esse leges, nam lex nihil est nisi ratio, vt in d. c. qui resistit.

Verū subtiliter quisque argumentabitur, quod cū in c. cū esses, dicatur, quod à diuina lege est alienū, vt testamentum non valeat, nisi habeat septem testium probationem, sed omnis lex non solum non debet esse contraria legi diuinæ, sed vt ab ea deriuetur oportet, vt idem August. & Sanctus Doctor prima 2. q. 93. artic. 3. & ego late ostendi in princip. lib. in deriuatione legum. Nam à lege diuina deriuantur ratione & potestate, vt in pistol. inter claras, de summa Trinit. & fid. Cathol. & in l. benè à Zenone. C. de quadri. præsc. in l. 1. de vet. iur. enucl. Igitur si à lege diuinā sunt alienæ, constat non habere firmamentum.

† Quippe hoc argumentum contra leges vrgenter concludere videtur, sed ne contra leges & Canones concludat, cogitabam, quid ita respondere oporteat, & considero, quòd plura sunt præcepta diuina & moralia omnium tamen finis situs est in fœlicitate humana, quæ ad diuinam conducit fœlicitatem. At quoniam ad benè beateque viuendum inter alia moralia necesse est, vt voluntates defunctorum obseruentur, vt in d. c. vltima voluntas, 14. q. 2. quia ad eas obseruandas ne-



cessariserat testamentorum fides, quæ quia ex duobus testibus facillèter giuerfabatur, falseque supponcbantur plerunque voluntates, decuit ad vtilitatem & bonum commune introducere solennia testamentorum, vt indubitata fide constarent, vt in d. l. iubemus. C. cod. & in prin. Inst. eo. Istæ igitur leges non sunt alienæ à principio legis diuinæ, sed procedunt à mortali decentia, & tendunt ad commune bonum, quod (vt signum ad sagittam) legibus est propositum.

Nec obstat text. in c. cum esses, quia verum est quod ab illa regula diuina duorum testium sunt leges testamentorum alienæ, sed non sequitur ex hoc, quod ab omni lege diuina sunt alienæ, id est, quod ab aliquo præcepto morali non deriuentur, quod necessaria ratione nobis constat. Nam in c. licet vniuersis. su. al. dicitur, in aliquibus casibus duos testes non sufficere. Ergo illud c. est à iure diuino alienum, & per consequens nullum. Item in d. c. cum esses secundum communem intellectum requiruntur duo testes, & clericus Parochianus, & si sunt duo testes tamen non valet testamētum, sed lege diuina & euangelica valet. Ergo text. ille non est secundum legem diuinam, attamen hoc est falsum, nō ibi vult summus Pontifex. Igitur nec leges sunt contra legem diuinam, sed secundum legem diuinam.

Verum contra hæc rursus patet: quia cōsuetudo conformis legibus improbatür in d. c. cum esses. Respondeo, quod ius Canonicum deuiat in hoc à viâ iuris ciuilibis, vtrumque tamen tendit ad debitum finem. De fine legis ciuilibis patet ex superioribus.

246

† Ius verò Canonicum cohæret huic præcepto morali, quo in ore duorum vel triū stat omne verbum, nec quoad formā Canonicam vrget necessitas & causa iuris ciuilibis, quia cum duobus testibus & presbytero Parochiali, in quo summa fides est reposita, testamētū habet fidei constans firmamentum. Conformat igitur ius Canonicū cum præcepto & Euangelio, quāuis non vni-formiter, quia duo testes non sufficiunt, & conformat  
cum

cum sine boni communis, ad quem decet testamenta solenni & constanti fide seruari: & hæc lex Canonica inuasit iam per consuetudinem in omnem Ecclesiam, & hoc est, quod Romanus Pontifex dicebat consuetudinem particularem Hostien. Ciuitatis improbandam, quia non conformabat cum lege diuina, quam Ecclesia vniuersalis prosequatur, quod certè indecens erat: quia Hostia Tiberina, quæ subiecta Ecclesiæ Romanæ, & proxima Ciuitas est, debet Romanas obseruare leges, & non debet dissentire à consuetudine vniuersalis Ecclesiæ, quia turpis est pars, quæ suo non congruit vniuerso, vt in c. si. despon. duorum. & multum conuenit, vt totum corpus Ecclesiæ in hac sibi obseruatione concordet, vt in c. nolite, 11. distinct. nec licet à capite membra recedere, vt in c. cum non liceat, de præscript. Hæc est igitur causa, quare in c. cum esses. & in c. relatum. non improbantur leges Ciuiles, sed improbatur consuetudo Ecclesiarum subiectarum Romanæ Ecclesiæ, quia leges suas habent rationes, & suo tramite tendunt ad debitum finem: Ecclesia verò propriam cognoscit viam, à qua discedere subditos ecclesiasticos non conuenit: & ita defenduntur leges Ciuiles & Canonice. & certè non potest negari, leges suo foro non valere, maximè ex consensu text. in c. licet vniuersis, de testibus.

Nec obstat, quod dicit Dom. Abb. in intellectu c. cum esses, vbi dicit, quod quamuis ius Canonicum moderetur legem diuinam, addendo duobus testibus presbyterum parochialem, tamen ius Ciuile non videtur moderare, sed tollere legem diuinam, quia cum duo sufficiant, addit alios quinque: nam sanguinem elicit, qui nimis emungit, c. denique. 4. distinct. & in c. nisi cum pridem, de renunc. & subiungit Dom. Abb. quia illa regula diuina non est ita stricte intelligenda, sed moderanda, vt non habeat locum in aliquibus casibus, vt in c. licet vniuersalis, supra alleg. & in c. præsul, 2. q. 4. Ita igitur moderanda est de iure Canonico, vt in ma-

teria testatorum non habeat locum, ita ipse. Ego miror, quàm malè Dom. Abb. sibi consentiat: dicit enim, quòd ius Ciuile sanguinem elicit, & tollit ius diuinum, quia voluit quinque addere testes, & ius Canonicum moderatur quinque, vt in casu nostro, & in casu c. licet. & c. præsul. at in c. præsul. & in c. nullam. requiruntur in pluribus casibus plusquàm viginti. Igitur ius Canonicum elicit sanguinem, & tollit ius diuinum, quòd tamen ipse negat: igitur cogetur negare idem de iurè Ciuili. Item in c. licet vniuersis. dicitur, quòd plures quàm duo requiruntur in quibusdam casibus, & ponuntur per gloss. exempla iuris Ciuilis & Canonici, in quibus plusquàm tres & quatuor requiruntur, & certè rectè: quia viginti sunt plures duobus, & septem sunt plures duobus, & tres sunt plures duobus: & ita in omnibus istis casibus verificatur tex. ille, non quòd necessariò intelligat de tribus: nam non intendit terminare testes, sed dicere aliquos fore casus, in quibus regula diuina non habeat locum, præsertim quòd ibi D. Abb. fatebatur, leges Ciuiles esse rationabiles, per tex. ibi, vt sup. exposui.

Item cùm Dom. Abb. dicat, quòd regula diuina non habet locum in testamentis, & quòd lex positua potest moderare illam regulam. Ego quæro ab eo, si hoc verum est, vt in testamentis non habeat locum, an lex Ciuilis in testamentis contradicat legi diuinæ. At si contradicere concedat, ignoro quomodo in his, in quibus locum non habet, eidem contradici poterit, contra l. decem, de verb. obl. ff. c. ad dissoluendum, de deli. imp. vides quàm parum sibi constat Dom. Abb.

247

† Præterea obstat ratio maximè Stoicorum, qui veritati nimis strictè in hærentes, omnia peccata, eo ipso quòd peccata sint, æqualia iudicabant, de quo disputat Cic. in Paradoxis. & in hoc fateri cogor, omnia peccata ea ratione, quòd peccata sunt, æqualia esse, sed non credo verum, omnia peccata esse æqualia: nam stuprum maius est fornicatione. l. i. C. de rap. virg. & aliqua sunt deli-

delicta adulterio leuiora, & alia grauiora, vt in c. at si clericus. §. de adulter. de iudic. & crimen hæresis detestabilius est crimine læsæ Maiestatis, vt in c. vergentis, de hæret. & C. cod. l. Manichæos.

At vera cõclusio, quòd si terminus est à lege diuina duorum testium assignatus, eo ipso quòd plures à lege Ciuili requiruntur, transgreditur numerus, & verum est, legem diuinam non obseruari: nam si lineam transgrediaris ad duos passus, ita verum est, te transgressum eam sicut alium, qui ad mille transgrediat, vt in l. Celsus, ff. de arb. in l. traiecitur. §. de illo, de act. & obli. ff. & Cic. vbi supra. Credo igitur, quòd illa regula iuris diuini non necessariò terminet, & ideò subiungit alternatiuè, in ore duorum vel trium: nec terminauit duos solùm, nec tres solùm. Vnde ex humana necessitate vel vtilitate subducitur aliquis casus, in quo plures testes requirantur: nec intelligas, quòd contra legem diuinam fiat, sed lex humana eam ex eius intentione moderatur: & ita intellige tex. in c. si. de diuor. & not. in c. ex publico, de conuers. coniugat. & in c. & si quæstiones, de simon. & ita solitus est intelligere S. Doctor. Nam cum in aliquo casu à iure diuino (vt videtur) prouiso dispensatur per Ecclesiam, talis dispensatio non est contra ius diuinum, nec esse potest, vt in c. qui resistit. 11. quæst. 3. cum similibus. Sed est subductio quædam & declaratio, qua constat, casum illum ex ratione sua non comprehendi in regula diuina, quod maximè pertinet ad Summum Pontificem, vt notatur in c. inter hæc. 23. q. 5. hoc verum est in dispensatione prohibitorum, sed in simili moderatione iuris diuini, qualis erat in casu nostro, sæpius iure Ciuili reperitur prouisum, vt idem Abbas subiungit plura exempla in d. c. cum esses. & Barto. latè in l. omnes populi, ff. de iust. & iur.

† Hinc non mihi placet, quod dicebat Dom. Abb. ibidem contra Dom. Anto. quòd non est recedendum à legibus, nisi quatenus in Canonibus reperitur contrarium, vt in c. 1. de nou. oper. nunc. Igitur secundum Abb. cum

cùm non reperiatur recessum à legibus ciuilibus, nisi quando testamentum sit coram presbytero parochiali, & duobus testibus, stādum est præcisè, d. c. cùm esses. Ita dicebat Dom. Abb. qui rectè (vt opinor) concludit, nisi sibi contradiceret. Nam si (vt ipse tenet) leges Ciuiles sunt nullæ, sequitur eas non obseruandas, nec ad earum obseruantiam esse considerandum, ne recedamus à legibus, cùm præsertim sunt nullæ secundum ipsum, quia sunt contra legem diuinam.

Rursus esto, quòd essent contra legem diuinā, conuenientiùs dicitur, quòd valeret testamentum factum cum duobus testibus: quia valet secundum ius diuinū, quàm si diceremus, non valere: quia si valeret, ex hoc recederemus à iure Ciuili: cùm verum esset, quòd fugimus, ne in legem Ciuilem incidamus, obruimur in scillam, id est, in legem diuinam. Meliùs enim & conuultiùs diceretur, valeat, ne discedamus à lege diuina, quàm si diceremus, non valeat, ne discedamus à lege Ciuili: quia sententiæ Canonice debent semper deriuari à lege diuina, vt in c. qualiter, el. grande, in princip. de accus. & semper & potiùs debent cum ea conformari, quàm cum lege Ciuili, vt in c. fin. 9. dist. & in c. lege. & c. 2. & c. certum, 10. dist.

Ex superioribus etiam concidunt ferè omnia notabilia Dom. Abb. in d. cùm esses: nam dicit in 9. notab. quòd impugnans testamentum prætextu defectus solennitatis commissæ in numero septem testium, peccat mortaliter.

Quippe hæc doctrina terret, cùm maximè hodie v. biconque iura Imperij obseruantur, videamus solennitatem septem testium in testamento obseruari, aded, quòd testamenta non sint valida, nisi obseruètur, quod secundum Abb. non fit sine peccato. Quinimò ego addo ex eius sententia, quòd hæredes, qui ab intestato, vel ex alio testamento succedunt, iniuste bona testatoris vsurpant, nec possunt absolui sine restitutione, vt in reg. peccatum, de reg. iur. in 6.

† Hæc

† Hæc ego ita plana non habeo, & rationem supra  
latius ostendi. Si enim leges Ciuiles iuste mouentur, non  
possunt ex iustis institutis oriri peccata, vt in c. iu., de  
verborum signific. & in c. quid dicam. 14. q. 4. quod ex  
eo etiam coniecturari potest, quia cum in Ciuitatibus  
Imperialibus leges illæ seruentur, quæ sine magno pec-  
cato seruari non possunt, certè Romanus Pontifex ne-  
gligenter se haberet, quia non denunciatur tales leges es-  
se improbas, nec aliquo modo obseruandas. Nam non  
debet permittere in subditos, quod potestatis est fieri,  
sed quod æquum est fieri, vt Gregor. in c. si seculi, 12. q.  
2. & ad Pontificem Romanum pertinet, tali anima-  
rum morbo prouiderè, vt in c. nouit, de iud. & in c. vt a-  
nimarum, de constitut. Nam facit contra officium &  
veram sollicitudinem, ad quam vt bonus Pastor est ele-  
ctus, & in qua se prædicat die noctuque circumuersari,  
vt in Procemio Sexti Bonifaciano satis luculenter o-  
stenditur, præsertim quòd easdem ipsas leges secundùm  
Abb. criminosas citat Summus Pontifex, in d. c. cum  
esses. & in c. relatum, cl. i. eod. tit. tamen non videmus  
improbas, nec eas detestatur, sed tantùm dicit, ex eis  
non iudicandum in Ciuitatibus Ecclesiæ subiectis. vel  
quando aliquid ad pias causas relinquitur, & videmus,  
quòd leges iniquas & peccatum inducentes, quando de  
his loquitur, improbat, denunciaturque nullas, vt impro-  
bare & denunciare tenetur, vt in c. fin. de presby. maxi-  
mè quando, nullitas est talis, quod vergat ad peccatum,  
vel quia est contra leges diuinas, vt in c. 1. 10. distinct. &  
in c. quæ contra mores, 8. distinct. & c. si dominus. &  
c. Iulianus, 11. quæst. 3. cum similib. Ego igitur nolo le-  
ges credere improbas, quæ improbatæ non sunt, nec  
Summum Pontificem desidiosum, eiusque leges impro-  
uidas arguere.

† Ex his etiam non teneo benè notasse Abb. in c.  
cum esses. 4. not. quòd consuetudo contra legem diui-  
nam vel vniuersum statum Ecclesiæ non valet: nam si  
talis consuetudo esset contra legem diuinam, non esset  
consue-

consuetudo, sed corruptela, vt in c. final. de consuet. & quando esset assuetior, rariò turpior, quia infœlices animas diutiùs detineret alligatas, vt in c. cum in Ecclesiæ, de simon. & c. cum haberet, de eo qui dux. in matr. quam poll. per adult. Vnde leges etiam conformes consuetudini essent nullæ, vt in c. si. de præf. idè non est verum, quòd cõsuetudo, ex qua testes septem in testamento requiruntur, sit contra legem diuinã. Nec obstat tex. in d. c. cum esses. cui suprã respondi. nec fundamentum ex quo Dom. Abb. probat esse peccatum: quia non obseruantes talia testamenta prætextu defectus solennitatis testium, anathemate feriuntur, quòd anathema non imponitur, nisi pro mortali peccato, vt in c. nemo. & in c. nullus. ii. q. 3.

851

† Aduerte, quòd in hoc decipitur Dom. Abb. nam excommunicatio non est imposita in c. cum esses. generaliter contra quemcunq;, sed contra Ecclesię ciuitatem, in qua nisi obseruaretur consuetudo Ecclesię vniuersalis, cui subiicitur, certè malè agitur, quia non congruit suo vniuerso, vt in c. nolite. ii. dist. & cum iure Canonico & consuetudine vniuersali Ecclesię valet testamentum factum coram duobus testibus, & presbytero parochiali, congruit, vt in Hostia valeat, quæ est pars status Ecclesiastici, vnde qui impugnaret testamenta taliter condita, peccaret, & ob hoc sub anathemate talis impugnatio prohibetur, idè tam in his, quæ pertinet ad spirituale iurisdictionem, quàm etiam in Ciuitatibus & locis Ecclesię subiectis, tale anathema habebit locum. Vniuersaliter tamen falsum est, quia si in Ciuitatibus vel locis Ecclesię non subiectis, talis consuetudo vel lex vigeret, qui ex lege vel consuetudine impugnaret testamenta, non incurrit anathema.

852

† Quod ab eodem Abb. tibi comprobabo : nam Dom. Abb. hoc peccatum intelligit, quia testamentum valet iure diuino & consuetudine Ecclesię vniuersali. At consuetudo Ecclesię in his non constringit, nisi Ecclesiasticos: secularis ergo non peccat contra eam, quia

hæc

**h**æc testamentorum consuetudo non est de vniuerso statu Christianorum. Peccat igitur secundum Abb. quia lege diuina valet. Sed certè si vera esset hæc legis diuinæ necessitas, necesse esset dicere, ad vniuersum statum Ecclesiæ pertinere, ne testamenta haberent solennitates, quia Ecclesia Romana diuinas leges debet apud vniuersos obseruare. Nam Pontifex ipse habet auctoritatem super hoc, quæ fuit sibi tradita, vt eam in omnibus exerceret. vt latè notatur in regul. possessor. de regul. iur. & in c. sunt quidam, 25. quæst. 1. At cum etiam ipse Abb. dicat, quòd tñtamentum duobus testibus factum, non valeat, quia de solennitate iuris Canonici est, vt saltem fiat coram presbytero parochiali: ergò sequitur, quòd secundum bonam conscientiam potest impugnari testamentum ex defectu solennitatis.

Item sequitur, quòd illud peccatum non est ex eo, quòd iuri diuino contradicatur, quia aliàs etiam ius Canonicum contradiceret. Rursus sequitur, quòd illud anathema non imponitur ex peccato, quod inest ex eo, quòd impugnetur testamentum ex defectu solennitatis iuris Ciuilibis, sed iniungitur, quia cum Ecclesia id statuerit, & consuetudo vniuersalis vigeat, vt in rebus Ecclesiasticis testamenta valeant, conueniens est, vt omnes Ecclesiæ & Ciuitates Romanæ Ecclesiæ subiectæ, eandem institutionem obseruent, vt in c. fina. de spons. duorum. & in d. c. nolite. 11. distinct. & in c. cum esses.

† Hinc etiam infertur contra quintum notabile 29  
Abb. in c. cum esses. qui notabat consuetudinem exigentem superfluas probationes esse reprobendam: secùs dicit, si induceret consuetudo, quòd minus sufficienti probationi adhiberetur fides, vt in c. cum dilectus, de fide instrumen. rationem subiungit Dom. Abb. quia Deus & natura nihil faciunt frustra: igitur consuetudo esset irrationabilis, vt in c. consuetudinis, 11. distinct. At quòd minus sufficienti probationi adhi-



adhibeatur fides, est secundum naturam, & conformat iuri naturali, secundum quod quilibet præsumitur bonus, vt in c. fin. de præsumpt. & in c. vno, de scrutinio. & idèõ rationale est, quòd vni credatur, quia Christus ait in Euangelio: Sit sermo vester sic, sic, non, non. vt in c. & si Christus, de iureiur. estque tex. in Summa, 22. q. 1. Hæc Abbas.

254 Primùm dubitò de Sententia Abbatis, cùm ex textu elicit hanc Hostiensis Ciuitatis consuetudinem, idèõ reprobata, quia exigebat superfluas probationes. † Nam si septem testium probationes superfluæ nõ sunt, sequitur non esse ex hoc reprobata consuetudinem, & quòd superfluæ non sint, probatur, quia vt septem testes interueniant ad vtilitatem publicã est id introductum, vt in l. iubemus, C. de testam. & Bast. in l. 1. §. si filius, de leg. 1. suprà satis constat.

255 † Secundum, in quo non placet Domini Abb. sententia, est, quia maiorem censet rationem, vt minùs sufficienti probationi fides adhibeatur, quàm vt septem testes in aliquo casu requirantur. Sed hoc est contra sententiam tex. in c. licet vniuersis, de test. in fin. vbi minùs rationale est, vt vnius testimonio causa terminetur, quàm si plures, quæ si duo testes exigantur, quia plures sunt causæ, in quibus plures requiruntur, nulla tamen causa est, quæ vnius testimonio terminetur: & ita dicit Dom. Abb. ibidem, quòd leges requirentes plures testes in testamentis, rationabiles sunt, quod tamen vnius testimonio causa terminetur, non licet, vt text. ibi dicit.

256 † Tertio non placet ratio Domini Abb. quia cùm dictum non sibi constet, nec ratio potest iustè concludere: sed aduerte, quòd quamuis iure Canonico duo testes cum presbytero parochiali sufficiant ad testamentum, tamen si iure Ciuili requirantur septem, non ex hoc dicitur lex superflua probatio: quia consideratione iuris Ciuilis, nisi habeat septem testes, non est sufficienter probatum, vt in l. si vnus, de testib. & in l. si veritas.

ritas. C. de fideicom. vnde consuetudo non esset contra naturam, sed secundum naturam.

† Quarto non placet, cum dicit, quod dicto vnus creditur secundum naturam, quia secundum eam quilibet praesumitur bonus: & dixit Christus, &c. Nam verum est, quod secundum naturam quilibet praesumitur bonus, vt in d. c. fin. sed ex hoc male sequitur, quod vni soli sit credendum in iudicio, & cum de praedictio alterius agitur: probatur ex d. c. licet. vbi ex auctoritate diuina, quae est secundum naturam, requiruntur duo, & non sufficit vnus: quia dixit noster Redemptor: In ore duorum vel trium: & non dixit, in ore vnus. idem in c. in omni negotio, eod. tit.

257

† Nec obstat illud, quod idem Christus Dominus noster dicit: Verbum vestrum sit, sic, sic: nam hoc refertur dicenti, vt vera dicat: & quamuis audiens credere debeat, non tamen in iudicium in praedictum alterius proferendum, vt notatur in dicto c. licet. & ibi omnes Doctores. & ita intelligitur illa auctoritas, quia in ore duorum vel trium stat omne verbum. Et ita intendit text. in d. c. & si Christus. quod illa auctoritas nostri Redemptoris, qua praecipitur, quod verbum nostrum sit, sic, sic, & reliqua. non intelligitur de iuramento iudiciali: idem probatur in praedicta Summa, 22. quae st. 1.

258

† Nec obstat tex. in c. dilectus, de fide instr. quia ibi non probatur, quod valeat consuetudo, vt credatur minus sufficienti probationi, sed consuetudo reddit probationem sufficientem: & haec est melior dicendi ratio. nec ille textus probat, quod dicto vnus. probetur in iudicio contentioso: cuius consuetudinis valorem non disputo, quamuis ex superioribus apparet minus licitam, quam consuetudinem septem testium, quinimmo non licitam, nec validam, de quo suo loco disputabitur.

259

† Decimasexta principalis illatio adaptanda est ad quaestionem singularem, an leges & Canones obligent

260

M

in

in foro conscientiarum? Et sententia est communis, obligationem oriri etiam quoad forum conscientiarum, quæ est naturalis ratio: quia ad regimen orbis & rectum ordinem necesse est, ut inferiora per superiora regantur, ut in Extrauag. Bonif VIII. de maior. & obed. & regi sine potestate non possunt: & prout omnia ad cælestia à primo motore reguntur, & sumunt ordinem ac potestatem, ita omnes Principes à Deo sumunt imperium. Ad regimen enim humani generis decet Principibus obedire, ut dicitur in c. si quis, de maior. & obed. Per me enim Reges regnant, & Principes decernunt iustitiam, ut in l. sapien. Et idè ut patriæ ac Principibus pareamus, iure gentium insitum est, ut in l. veluti, ff. de iusti. & iur. quod iuris gentium est, quod ratio naturalis apud omnes gentes impressit ac constituit, ut in l. omnes populi, eod. tit. & in §. quod verò, Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. † & idè dicebat Bart. in l. Iulianus verum debitorem, ff. de cond. indeb. 8. col. quod in legibus Ciuilibus inest naturalis obligatio, & hoc omnes planè fatentur. Hinc dicebat glo. in c. quæ in Ecclesiarum, de constit. & in c. ut animarum, eod. tit. lib. 6. quod constitutiones laicorum obligant tam iure fori, quàm iure poli. Siue igitur Romanus Pontifex leges statuat secundum traditam sibi potestatem, siue Imperator, vel alius Princeps, qui iure regnet, dicendum est, natura valere leges, si iuste & ad humani generis foelicitatem disponant: & ita tenet S. Doctor, l. 2. q. 96. art. 4. & Innoc. & Abb. in c. quia plerique, de immunit. eccles. & latè Dom. Abb. in c. de const. cum reliquis.

Sed contra ista oppono de auctoritate Augustini, quæ refertur in c. final. 17. q. 6. vbi Augustin. laudat & commendat, quod fecit Aurelianus Episcopus, qui restituit omnia bona cuidam laico, qui cum non haberet filios, ea donauerat Ecclesie, deinde filij fuerunt sibi nati. Dicit enim August. Episcopum potestatem habuisse retinere illa bona, sed hoc iure fori, non iure poli, idè optimè fecisse in restituendo. Ecce igitur quod ius fori diues-

diuersum est à iure poli: ergò ius fori non obligat, sed agit iure poli. Dom. Abb. in c. fin. de do. 3. col. exponbat iure fori, id est, secundùm constitutiones humanas, secundùm verò constitutiones diuinas, & ex quadam equitate naturali secùs est: & ita exponbat glos. in d. c. fin. 17. q. 6. & idem in d. c. fin. de do. quod Modernos (vt vocem audiui) memini exposuisse distinctiùs, quod secundùm leges intelligebatur ius fori: ius verò poli secundùm Canon. quia nos lege Dei viuimus, non lege seculi, vt in c. filius noster, de test. & in c. inter hæc. 23. q. 3. & in c. qualiter, el. 2. de ac. in princ.

Sed attende, quòd secundùm has expositiones non possumus negare, quòd saltem lex Ciuilis non differat à lege diuina, & etiã à Canonica, cùm Canon. sit eadem cum diuina, aded quòd lege conscientie aliud obseruatur, quàm lege fori, quod est contra superiora.

† Considerabam ego, quòd lex humana est regula, quæ regit, & regulat omnes ad omnium vtilitatem: itaque de natura legis est, vt tendat per omnes ad vtilitatem tamẽ totius vniuersi: & hoc est quod dicitur, quòd lex debet esse vtilis communis, nullo priuato commodo, sed pro communi ciuium vtilitate conscripta, vt in c. erit autem. 4. distinct. Item cogitabam, quòd non potest esse, quin illa regula communis, quæ tendat ad omnium conseruationem, non lædat magis aliquem particularem, quàm alium, vel tribuat magis vni ex particularibus, quàm alteri. Sed cùm hoc contingat ad finem conseruationis omnium, dicendum est, iustum esse, quia etiã ipsa natura lædit quandoque partem, vt conseruet totum, vel non curat de conseruatione aliquius partis subueniens & accurrens toti. Hoc idem reperio tenuisse sanctum Doctorem, 1. 2. quæst. 96. artic. 4. Considerata igitur intentione legis humanæ, quilibet ex regula rectè agit, vel patitur, quia est regulatus ad bonum commune: & hoc est † quod dicitur. quòd lege permittente fit, non habere peccatum, vt in l. nemo damnum, de reg. iur. lib. c. & in l. Gracchus.

262

263

C. de adult. Nam lex ipsa ab æterna lege habet hanc regulandi potestatem, & iustè fit ad vniuersum, quamuis particularis aliquis damnus patiatur.

Verùm alia est lex naturæ, quam homini superna prouidentia naturaliter inseruit, vt in §. sed naturalia. Instit. cod. & in l. i. de acq. rer. dom. ff. & ista quamuis & alia faciat, tamen cum cuilibet homini insit ( vt dicebat Psalmista : Signatum est super nos lumen vultus tui Domine) prouidet secundùm particularem cuiusque rei iustitiam. Ex quo euenire potest, quòd qui iustè agit secundùm leges humanas, læsam habet conscientiam, quæ aliter iudicare potest in re particulari, vt in c. fin. de præf. in princip. ibi. quoniam omne quod non est ex conscientia, peccatum est : idem in c. literas. de rest. spol. in §. ex his. 28. q. 1. in c. inquisitioni, de sent. excommun.

† Rursus considerabam etiam in lege naturæ duas esse leges: vnã necessariam, & ex qua sub peccato constringimur necessitate quadam iustitiæ manifestæ. & ex hac lege procedunt decem diuinã præcepta : vt Deum honoremus, & parentes, quos nostros auctores natura cognoscimus. Alia est naturæ simplex & purissima lex, quæ perfectissimum habet statum, & sibi innocentia est coniuncta & socia. Hac certè utebatur ille humani generis Pater, socius noster, salutis Redemptor IESVS Christus, qui moribus & vita vsque ad ipsum mortem perfectissimum & innocentissimum statum nobis exemplo tradidit. Hac eadem lege credo Deum ipsum à seipso constringi: quia dum ipse perfectissimus & simplicissimus sit, perfectissimè & summa simplicitate omnia agat. necesse est. Hanc etiam legem sancti veræ Ecclesiæ Patres diuinitatem ardentem ( vt potuerunt) sunt prosequuti : & quamuis plures Philosophi errabundi hanc ipsam verbis iactarent, nullus tamen humanus, vt Christi fideles, fuit eam opere completus. † Ex hac igitur perfectissima lege oriuntur Institutiones summæ iustitiæ & innocentie, patientie, pau-

paupertatis & humilitatis. Nam etsi iure naturæ quisque seipsum defendere possit, & iniuriam vi contraria repellere, ut in l. vt vim, de iustit. & iur. in l. 2. §. cum igitur, de vi & vi armat. in c. olim, de restitut. spoliat. in c. significasti, de homicid. tamen ex perfectissimo statu innocentiae hoc sumitur, ut si proximus tibi iniuria alapam dederit, insinues sibi aliam maxillam, ut dicitur in Euangelio: quam institutionem innocentiae patientiae sanctissimi Christiani obseruarunt, qui mortem innocenter non solum manu, sed animo iniuriam sunt perpeffi. Glorientur Romani de Mucio & Regulo, quorum alter se tradidit hostibus necandum, quod perfidum puduit viuere, alter ab hostibus deprehensus manu foco iniecit, ut erroris sui poena sibi satisfaceret. Inter Christianos vero non solum viri, sed foeminae & pueri ardore diuinitatis, ac imagine quadam diuinae simplicitatis mortes, cruciatus, & ignem maxima patientia, & innocenti & stabili animo tolerarunt. Testis est eadem maxima Roma, cuius solum sanguine innocentum, & gentis sanctae ebrium totus orbis quamuis colat, non satis veneratur. Hic erant iusti, qui iustitiae diuinae imagine tracti, veram (in quantum poterant) prosequerentur iustitiam: nam ut docet S. Doctor secunda 2. quaest. 38. artic. 1. iustitia monet omnes alias virtutes morales per Imperium ad debitum finem.

Præterea ex ista lege diuina exoritur illud Redemptoris paupertatis institutum: Si quis abstulerit tibi tunnicam, &c. & illud: Si vis esse perfectus, vade, & vende omnia quae habes, & da pauperibus: de quibus in c. episcopus. 14. q. 1. & c. fin. cod. tit. & not. in c. ad aures, de ætat. & qualit.

Item ex ista lege procedit illa institutio diuina, ex qua qui se humiliat, dicitur exaltandum: ad quam institutionem immensum & incomprehensibile exemplum habemus (cuius nec simile datum, nec dari poterit) in gloriofissima scilicet nostra Parthenicae Mariae.

Eius enim ineffabilem humilitatem incomprehensibilis sublimitas ostendit : sed quis negabit, quòd summa perfectionis iustitia gloriosissima Virgo humilitatem fuisset complexa ? Hæc igitur & aliæ perfectiores iustitiæ leges ab æterna lege & ex eius gratia procedunt.

¶

His itaque præsuppositis venio imprimis ad responsionem tex. in d. c. fi. 17. q. 7. & dico, quòd ille Episcopus restituit bona iure poli, id est, ratione & iustitia naturali, quæ cuilibet homini inest : nam hac iustitia cognoscitur, quòd si ille, qui non habet filios, decens est, vt Ecclesia restituat bona hæredi naturali relinquenda, quia iustitia naturalis constituit filium hæredem potius, quàm Monasterium, vt dicebat ibi August. & patet in l. ius naturale, 1. distinct. & in l. cum ratio, de bon. damnat.

Nec obstat, quòd lege Ciuili permissum erat Episcopo & Ecclesiæ detinere bona excepta legitima, vt in l. si totas, C. de inffic. do. quia Ecclesia habetur loco filiorum, vt in Aurhent. si qua mulier, C. de factosan. eccles. & in c. si qua mulier. 19. q. vlt. sed donatio facta filijs per superuenientiam filiorum non reuocatur, nisi ad legitimam, vt in d. l. si tota. ergò Episcopus restituere non tenebatur : & ita dicit Dom. Abb. in d. c. fin. 3. colum. de do. Barto. quem cæteri sequuntur, in l. Titia, la. 2. §. Imperator, de legat. 2. & text. est in d. c. vbi dicitur, quòd iure fori non tenebatur restituere. Respondeo igitur primò, quòd quamuis lege Ciuili excusare se poterat, lex tamen Ciuilis Episcopum & Ecclesiam non constringit, vt in c. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constitut. & suprâ latè in 13. illatione principali. maximè quando ratio & æquitas naturalis ostendit iustitiam, quam potius debet sequi, quàm legem Ciuilem, & eius strictam illationem, vt in d. c. filius, de testament.

Vel secundò responde meliùs, quòd Episcopum & Ecclesiam excusabat lex Ciuilis omissiue, quia non dabat donatori, vel hæredi ius ad repetendum. Lex ta-

men

men naturæ, quæ sine constitutione constringit, obligabat Episcopum ad restituendū: & ideo dicitur, quod iure poli restituere tenebatur. Intellige igitur, quod Episcopus potestatem habebat, scilicet non restituere iure fori, quia iure fori non constringebatur, iure tamen poli, quod est nobis insitum a natura, restituere urgebatur: & hic est verus & optimus sensus, ex quo satis constat, ibi non probari, quod lex fori non habeat potestatem à cælo.

† Vel tertio respondetur, quod cū Episcopus debeat esse perfectus, ut in c. Episcopus. 14. q. 1. ex perfectionis cælestis lege, quod dici potest ius poli, ut supra exposui, tenebatur restituere, & perfectius egit in restituendo, non tamen sequitur ex hoc, quod retinere non poterat secundum ius Ciuile, facit text. in l. si quis in hoc genus, de sacrosanct. eccles. vbi Episcopo sanctitas dignitatis ignoscendi gloriam relinquit: sed secundus intellectus placet, hæ tamen tres solutiones pulchræ sunt. 266

† Verum ego quamuis communiter videam, quod secundum leges possunt teneri bona deducta legitima, ut patet ex d. c. fin. tamen contra hoc arguebam, certum est, quod pater, qui habet filios, & bona omnia, vel ferè omnia Monasterio relinquit, inordinatè agit, Probatur ex intentione & sententiâ Aug. quia nec Augustinum, nec alium bonum Episcopum inueniet, qui talia bona suscipiat. Finge igitur, quod filios non habes, omnia bona sua Monasterio donarit, certè in isto donatore hanc præsumimus intentionem, ut si filios haberet, non donaret. Probatur ista præsumptio ex voto naturali, ut not. in l. tale pactum, in fin. ff. de pact. & in l. cū acutissimi, C. de fideicommiss. in l. scripto, ff. vnde lib. cum similib. 267

† Item probatur ex affectione ordinata, quam inordinatam non debemus præsumere, nisi probetur, ut in c. estote, de reg. iur. & ita docebat Bal. in l. si nunquam. C. de reuoc. & clarè Paul. de Cast. in l. Titia, §. Imperator. 268



de leg. 2. quòd ratio, quare ipso iure per superuenientiã filiorum, reuocabatur donatio, erat propter defectum intentionis: quia ius præsumit, quòd non donasset, si habuisset filios, vt in l. fin. ff. de hæredib. instit. Eadem igitur ratio defectus intentionis est in eo, qui donat omnia bona sua Monasterio, quia si filium habuisset, quem hæredem facere potuisset, non fecisset illam donationem, vt dicebat idem August. vnde necesse est dicere, quòd donatio reuocatur ex superuenientia filiorum.

269

† Nec est bonum fundamentum Barto. Abb. & cæterorum, quòd Monasterium habetur loco filiorum, vt in Authent. si qua mulier. nam ibi est ratio, quòd in casu nostro: quia qui ingressus est Monasterium, se & sua obtulit bona, vt in Authent. ingressi, eod. tit. nimirum si Monasterium ita diligit, prout filium, cum seipsum Monasterio tradidit. Nulla enim est maior dilectio, nec maior charitas, nec donatio, quàm quando donator venit in donum, & datum est idem penitus cum donatore, quàm larga & prodiga largitas, cum tribuit quis seipsum, vt in Clement. si donum. §. singularis, de reliq. & venerat. Sanct. & de consecr. distinct. 2. §. nec Moses, & de summa Trinit. & fide cathol. c. 1. §. vna. in princip. Non est igitur mirum, quòd seipsum Monasterio tribuens, habeat Monasterium loco filiorum, & ei succedat cum filiis: sed in casu nostro, dum non habet filios, nec sit ingressus Monasterium, non est probatio patiens, quàm constet Monasterium velle hæredem & successorem æqua affectione ac filium: quinimò filium potius debet successorem constituere, auctore August. & hoc ex debito & affectione naturali, vt in l. cum auus. ff. de condit. & demonst. in d. l. cum acutissimi.

270

† Præterea considera, quòd ius poli, & ratio ipsa naturalis non se restringit ad legitimam, quinimò ipsa ratione sine tali distinctione decet filiū potius habere successorē, quàm Monasteriū: & ita loquitur Aug. qui loquitur

tur

tur iure poli & non iure fori. Quamuis enim legitima sit à lege civili ad interpretationem iuris naturæ conterminata, tamen August. simpliciter loquitur de iure poli, quo iure, si instinctum naturæ & affectionem parentum animaduertamus, certè pater potius vult vt & velle debet, filios relinquere successores, quàm Monasterium. Igitur cum non habet filios, & donauerit, deinde superuenerint, deest intentio donatoris simpliciter, & ideo ipso iure reuocatur donatio, vt in d. l. si vnquam.

† Ex his videtur teneri posse, quod filius superueniens tam in legitima, quàm in reliquis etiam est fauorabilior Monasterio, & omnia sunt sibi restituenda, quamuis Barto. in d. §. Imperator. & Abb. in d. c. fin. & moderni in l. i. de sacros. eccles. aliter teneant & certè intentio August. in d. c. fin. est, omnia restituenda iure poli, ex quo sequitur idem fore de iure Canonico, quã consequentiam fatetur Do. Inno. & Abb. in c. quia plerique. de immuni. eccles. 7. q. quia ius Canonicum necesse est, vt vias iuris poli sequatur, vt in c. filius. & in c. cum esses. de test. & in c. fin. 9. dist. Vnde quamuis communis opinio legistarum teneret contrarium, dum tamen lege non probetur, sequenda est determinatio Canonica etiam in foro seculari, vt dixi in superioribus, maximè quod fundamentis Doctorum respondetur vt suprà, nec negari potest hanc opinionem iustam esse, cum sit confirmata iure poli, & auctoritate diui Augustini.

Restat solùm respondere ad d. c. fin. vbi Aug. dicit, de iure fori potestatem habere non restituendi bona donata. Forsan dici posset, credendum esse diuo August. in iure poli, & ita tenendum esse cum eo in vera iustitia, vt suprà dicebam. Sed cum dicit, quod iure fori retinere poterat, nescimus quomodo probaret diuus Augustinus ex legibus hanc conclusionem. Nam Bart. nescit probare, nec Dom. Abb. quorum probationem suprà ostendi non concludentem. Cogita. Nam quid sit iu-

stiriz, iam tibi constat, & quippe ex superioribus plura inferre poteris.

272

† Decimaleptima illatio est, an iure Canonico & vendentes se decipere possint, dum intra dimidiam iusti pretij se decipiant. Et constat iure civili se decipere posse, vt in l. in causã, la. 2. §. Pompon. de mino. ff. & in l. item si precio. §. fin. de locat. & cond. ff. & quod iure Canonico liceat, tenet gloss. in c. cum dilecti. de emp. & vend. & in c. in ciuitate, de usur. & alibi, & ibi Dom. Abb. & in c. per tuas. d. donat. Sed Dom. Anto. in c. in ciuitate & Dom. Abb. ibi tenent, quod non licet ecclesiz decipere etiam intra dimidiam. Idem tenet gloss. in §. hoc ius porrectum in princip. 10. quæst. 2. & idem Dom. Abb. in c. per tuas, adeo quod nulli licebat in foro conscientiz, vt tenent ipsi in d. c. in ciuitate, & Dom. Anto. in c. penul. de empt. & vend. S. Doctor secunda 2. quæst. 77. art. 1.

Item Cald. in c. nauiganti, quem etiã sequitur Abb. in c. in ciuitate, dicebat, quod iura permittentia deceptionem vsque ad dimidiam iusti precij, debebant intelligi de deceptione re ipsa, secus si dolus dedit causam contractui, vel interuenit ex proposito, quia non est verisimile, quod ius Canonicum conditum instinctu Spiritus sancti, vt in c. si quis diaconus 30. dist. approbaucrit deceptionem dolosam, ita ipsi.

273

† Ego in his video quãdam difficultates irresolutas, & primo cum dicunt, quod in foro conscientiz non licet decipere, video eos recte dicere, sed contrariũ videntur leges asserere, quæ docent, naturaliter emptores & locatores se decipere licere, vt in d. l. in causã. §. Pomponij, & in d. l. item si precio. §. quemadmodum, at si naturaliter licet, certe licet etiam in foro conscientiz, quia à lege Dei lex naturæ non differt, vt in c. 2. 1. dist. in c. si. §. his ita 6. dist. & in c. sana. 9. dist.

Item si legibus civilibus licet, quia natura liceat, licebit etiam legibus Canonicis, quæ naturæ subiiciuntur, in d. c. sana, & supra satis disserui in princip. huius libri.

libri: Rursus cum Cald. & Dom. Abb. dicant, quod id, quod dicitur, licere decipere, debet intelligi re ipsa, non ex proposito, quia Canones sunt conditi instinctu Spiritus sancti. Certè secundum ius Canonicum, si quid est, nihil est de nouo dispositum, sed tamè comprobatum. Vnde necesse est fateri, quod prout iure civili permittitur, & licet, ita & Canonico, quia Canon in hoc solum confirmat, de quo inferius verius loquebar. Præterea prout ius Canonicum instinctu Dei censetur institutum, ita etiam ius civile, vt in epist. inter claras, de summa Trinit. & in l. benè à Zenone. C. de qua præ. Itaque in hoc non videtur Dom. Calde. rectè probare differentiam iuris Canonici & Ciuilis, quia eadem est origo & participatio legis æternæ, vt dicebam in princip.

† Ego ad resolutionem considerabam deceptionem ipsam natura improbam, & iniustam. Quid enim tam contrarium est constanti & perpetuæ voluntari, quàm fallere. Item simplicitas, cuius contrarius est dolus, est amica iustitiæ & veritatis, vt in c. veritatis, de iureiur. & ideò deceptionem & dolum inimicum esse iustitiæ oportet, vt in c. si cupis, 16. q. 1. Quinimò etiam legibus ciuilibus est amica simplicitas, vt l. ff. de legit. ag. success. §. & hoc quidem, & ex concessione Principis non debet oriri materia ad decipiendum, vel circumueniendum alterum, vt in l. 1. C. de his qui veniam impet. æt. quanto minus ex iure. Item regula ciuilis & Canonica est, decipientibus non esse ius reddendum, vt in cap. cum vniuersorum, de rerum permutat. & in l. 2. ff. ad Senatusconsult. Velleia. Vnde fallere proprium peccatum est, vt in c. beatus, 22. quæstio. 2. & ibi gloss. At lege Canonica vel Ciuili peccare non licet, vt in c. fin. de præscript. Igitur nec lege Canonica nec Ciuili licet decipere siue intra dimidiam siue ultra dimidiam. facit gloss. in l. semper in conuentionibus, de regul. iur. ff. vbi bono viro non licet decipere alterum. Ergo iuste non potest decipi, quia ius æquum & bonum est, vt in l. 1. de iust. & iur. Hinc etiã dicebat Tullius

lius lib. 1. Offic. quod tollendum est in rebus contrahendis omne mendacium, quia mendacium non potest esse sine peccato, ut in c. super eod. de usur. & in d. c. beatus. deceptionem igitur improbatam iustitia ipsa negari non potest.

275

† Sed differentia stat in hoc, quod si deceptio excedat dimidiam iusti valoris, iure prouidetur contra talem deceptionem, ut in l. 2. C. de rescindend. vend. in c. cum dilecti. & in c. penult. de empt. & vend. Si verò est intra dimidiam, iure non prouisum est contra deceptionem, non tamen ex hoc sequitur, deceptionem esse iustam, nec iure decipere posse, quia aliud est aliquid iuste fieri, aliud impunè fieri, ut in c. verbi 13. dist. in fine. & nota in c. 2. de spon. & in c. cum iam dudum. de præbend. Itaque quamuis gloss. & Doctores dicant lege Ciuili & Canonica licere contrahentibus se inuicem decipere, hoc tamen ego iniustum video, nisi intelligas, ut suprâ intelligo, & ita reperio intellexisse S. Doctorem 2. q. 77. art. 1.

276

† Nec obstant iura, ex quibus summum fundamentum, & primò ex l. in causæ. §. Pomponij, de minor. que etiam naturaliter dicebat licere decipere, sed quamuis textus ille faciem habeat omninò aduersam, ita tamen responde, quod contrahentes naturaliter se decipere possunt, id est, quod deceptio sit naturaliter non fraudulenta, sed bonæ fidei. Itaq; sensus sit, quod fraudare precio id est maiori precio vendere, sit licitum, quia hoc est naturale, & apud omnes gentes est in usu, sed fraudulenter & dolo decipere, ut maiori precio emas, hoc est improbum, & natura ipsa detestabile. Hæc fuit expositio Azonis, quem sequitur Hostiens. in summa de emptio. & vend. & in §. qualiter rescindatur ver. sed si deceptio. Quam ego latius expono, & considero commercium, & imò iuris gentium esse, ut latè patet in l. 1. ff. de contrahen. empt. Vnde artem mercatorum & negotiationes mercatorias Cicero in lib. de Offi. dicebat ad huma-

277

nam societatem valde vtilis. † Mercator igitur nō mendacio

dacio, sed commendatione honesta, nec fraudulēta poterit pluris vendere, quā ipse emerit, quia ad hoc artem illam exercet, vt ex lucro viuere possit, quod iustū est iure gentium & naturaliter, vt in d.l. item si precio 10. quemadmodum. Deceptio igitur referenda est ad precium, non ad animi fallaciam, & ita intellige verba Iurisconsult. ibi, quemadmodum in emendo & vendendo naturaliter concessum est, quod pluris sit minoris emere, quod minoris sit, pluris vendere, ita inuicem circumscribere &c. Itaque circumscriptio debet esse secundum illidentiam naturalem, quæ est, vt pluris vendatur, nō vt dolosē pluris vendatur. Facit text. in l. quod venditō. ff. de dol. facit sententia M. Tul. libt. 3. Offic. c. nihil vtile. Illud intelliges non placuisse maioribus nostris astus, ita ipse & longa disputatione cōcludit, quod quamuis iure ciuili omnes deceptiones comprehendi non possunt, tamen nec iure nec natura alterum decipere licet, imō quoniam iuris natura fons sit, hoc secundum naturam esse neminem id agere, vt ex alterius prædatur iustitia. Hoc enim contra societatem humanam est. Nam omnium gentium inter se communis est societas, quæ interior est eorum quæ eiusdem generis sunt, prior eorum, qui eiusdem ciuitatis. Ergo contra finem legum & naturæ legem est, alterum decipere, maximè tuum ciuom, vnde quod dicitur in legibus, naturæ licere, intelligendum est secundum superiora,

Nec obstat, quod sentit S. Doctor secunda q. 77. art. 2. vbi dicit, quod iustē pluris venditur, quod ego intelligerem, quando excedet vtilitatem ementis & moderatium vendentis lucrū.

Patet igitur, quod sicut in foro conscientiæ non licet decipere intra medietatem, ita nec iure Canonico, nec Ciuili, & quod licet iure Ciuili vel Canonico, hoc licet secundum naturam, & in foro conscientiæ, vt supra vidimus.

Sed contra superiora potest argui, quia videmus omnem deceptionem esse dolum.

Item

Item omnem circumuentionem dolum appellari & cenferi, vt in l. 1. §. dolum, de dolo. ff. at videmus venditorem vel emptorem circumuenire vel deciperi poffe, vt in d. l. in caufe, & in l. item fi precio. Ergo dolo potest fraudare.

278

† Respondeo, quod decipere fumitur duobus modis, vno modo pro dolo, & tunc neceffe est, quod fit voluntas ad fallendum, vt in d. c. beatus. 2. quaest. 2. alio modo potest sumi pro damno & incommodo, & tunc non omnis deceptio est dolum, quod idem dicimus in fraude, fraus enim quandoq; dolum, quandoque damnum sine dolo significat, vt in l. iurifgentium. §. fed fi fraudandi. ff. de pact. in l. fraudis. ff. de reg. iur. & in l. inter eos. ff. ex quib. cauf. maio.

279

† Item confidera, quod etiam dolum ipfe est duplex. Nam malus est, aut bonus, vt in l. 1. §. nō fuit. ff. de dolo. Decipere enim hostē vel latronem, dolum bonus est, quē folertiā veteres appellabant, ex quo fequitur deceptionē non effe per fe malam, & ita D. Bar. fumit ibi argumentum, demum poffe decipere, quia cū dolum fit bonus, & Deus poffit omne bonū, Deum poffe decipere cōftat.

280

† Confiderabam dolum effe bonum, vel malū ex ipfa perfona decipiente, vt patet in d. §. non fuit. Nam cōtra hostē machinari poffumus, vt ibi et in c. dominus. 23. q. 3. quia hostis est, nō quia cōtra amicos vel humana societate coniunctos machinari liceat, fed quia quos occidere licet, licet & decipere. Vnde nescio fi in Deo cadat reffe deceptio, qui simpliciffimus est, & qui omnia nutu & potenter potest, qui constans est, & nihil in odio habet, quā difputationem Metaphyficis relinquo.

281

† Ex his primò infero, ad not. in c. dudum. de conuer. coniug. vbi glosfa dicit, quod cum dolum fit bonus, fi quis dolo fuerit ad ingressum monasterij inductus nō vitatur cōtractus, quia dolum est bonus, vt in c. veniens, & in c. ex parre. & in eo. c. dudum. eo. tit. & quia per talē dolum non decipitur, ita dicebat glo. Certè decipitur, & tamen benè decipitur, id est ad bonū finem. Nam etiam  
bonus

Bonus dolus est deceptio, ut in d. §. non fuit, quia sicut dolus dicitur bonus, vel malus ex re ipsa, vel ex parte decipientis & decepti, ita deceptio ipsa bona est vel mala ex parte decipientis & decepti, vel ex materia subiecta, ut in d. c. dudum, & in d. c. Dom. noster, & in §. non fuit.

Vnde impropiè loquitur glos. in reg. scienti. de reg. iur. lib. 6. & in c. constituitur. 20. q. 3. quod inductus ad clericatum deceptus dici non possit. † Nam rectè dicitur deceptus, quamvis ad bonum finem decipiatur, & propriè dicitur deceptus. Nā homo malus & bonus verè & propriè sunt homines. Quia illud accidens nō mutat substantiam, & ita dolus propriè & deceptio propriè appellatur, ut in c. cum dilectus, quod met. caus. quāvis Do. Abb. in c. cum dilecti. in 2. col. de empt. & vend. non propriè dolum appellauerit.

289

† In his stat subtile argumentum. Nam contra hostem machinare, & ipsum decipere dolus est bonus. Itē latronem circumvenire dolus est bonus. Sed dolus malus est omnis fallacia, vel machinatio ad decipiendum alterum adhibita, ut in §. dolum in ea. l. 1. de dolo. Ergo dolus malus est dolus bonus, quia verum est me adhibuisse machinationem ad decipiendum & fallendum latronem, vel etiam hostem.

In his adverte, quod Labeo Iuriconsultus Seruium dolum malum definientem reprehendat. At Seruius authorem habet Gallum Aquiliū, qui dum cum Cicero ne esset prætor, edictum, quod de dolo malo habemus proposuit, & dolum malum, ut Seruius definiuit, eandemque definitionem Cicero lib. 3. Offi. luculentam & ut ab homine definiendi perito editam laudat, & extollit. Labeo tamen hanc ipsam reprehendit, ut patet in d. l. 1. §. dolum, & demum ipse novam edidit doli mali definitionem, sed ex argumēto superiori videtur in eadē definitione doli mali etiam dolum bonum comprehensum. Responde quod dolus sit simpliciter definitus, sed idē de dolo malo fit verbum, quia edictum de dolo malo loquebatur, ut si vir bonus vel malus essentialiter definiretur, vel melius cogita. † Ex



† Ex his referenda est nostra disputatio ad illam Carneadis disputationem, qui quibusdam argumentis fontem iustitiæ ignorans ostendere conabatur, nullam esse iustitiam, aut si quæ esset, summam esse stultitiam, & inter alia examina hoc afferebat. Bonus vir si habeat seruum fugitiuum, vel pestilentem domum & vendere velis, profitebitur, vel cælabit emptorem: Si profitebitur, etenim bonus erit, quia non fallet, sed stultus iudicabitur, quia vel paruo precio vendet, vel omninò non vendet: sed si cælauerit, erit quidem sapiens, quia rei confulet, sed idem malus, quia fallet. Vnde hoc afferebat inconueniens, bonum virum stultum esse, ac sapientem malum, & reliqua. Hanc ipsam disputationem elegantissimè tradidit Tullius, cum finxit Lælium Furio in ea respondens, & diuinus loquitur Lactant. Firmianus in lib. de iustitia. idè pauca dicam. Sat nobis sit, quod nullus sapiens dici rectè poterit, nisi qui rectum discernat à prauo, vt in l. i. de iusti. & iur. l. iustitia eod. tit. Igitur iustus, idemque bonus & prudens esse potest, nam qui nescit, quid iustum sit, iuste viuere non potest, & prudens, qui iuste viuit, noscere quid est malum, non debet, nam malum nunquam potest esse iustum, vt in eius naturale, i. dist. & in l. penul. de iust. & iur. Constat itaque quod stultus non est, qui suo commodo parcat, ne alteri noceat, quod est malum, & hoc certè natura demonstrat. Cætera namque animalia, quia ratione carent, nocent alijs, vt sibi prosint, quia nesciunt, quod nocere sit malum, homo verò, qui scientiam boni ac mali habet, se abstinere à nocendo, vt in l. iustitia. de iustit. & iur.

† Econtrà stultus est, qui in factis & dictis per ignorantiam à recto & bono aberrat. Nam stultos iuris, æquitatis & iniquitatis ignaros appellamus, vt in l. regula in §. f. quis ius ignorans, in fin. de iur. & fact. igno. ff. & in l. Seruius. ff. quod vi aut clam. Stultus igitur iustus esse non poterit, cum quod iustū sit ignoret, & stultitia nullā iustitię communitatem. Sed Carneades cum secta  
sua

sua nihil scire profitebatur, ex qua re omnia vt ignota inuoluebat. At nobis Christi fidelibus cœlesti beneficio iustitiæ cognitio est tradita. Idem ipse, qui tradidit, velit, ne sit sublata: ab oculis hominū, & in cœlum ascenderit, sed de his alibi oportunius.

† Non igitur decet viro bono & legibus viuenti alterum decipere, vel mendacia proferēdo, vel vitia occultando, vt in l. 1. & per totum de edi. edicto in l. Iulia. de act. emp. in c. per tuas, de dona. & no. in l. semper in conuentionibus, de regu. iur. de quo idem Tull. in libr. 3. de Offi. pulcherrimè etiam disputat. Apud Tullium enim Antipatris est innocentissima sententia, qua bono viro nihil vitij in re vendēda celare licet, sed Diogenes Stoicam doctrinam non ad eò strictè censet interpretādā, sed argutior est Antipatris ratio, cū homo hominibus consulere debeat, & seruire humanæ societati, eaque lege natus sit, vt ea habeas principia naturæ, quibus parere, & quæ semper sequi debeat, vt vtilitas tua communis vtilitas sit, vicissimque communis vtilitas tua sit, celabisne homines quid his adsit & commoditatis & copiæ? Hucusque Cicero, & sanè non iniuste. Nihil enim aberrat à iuris fine, quod semper considerat bonum commune omnium, & bonum particulare cuiuslibet ad rationem boni communis, vt in l. 1. ff. solut. mat. in l. lege. C. de suis & legit. & ostendi suprā in principio. huius libri.

286

† Decimā octauam illationem refero ad not. in c. fraternitas 12. q. 2. vbi cum in c. in legibus & in c. si seculi dicatur leges punientes furtum ad vnguē obseruandas, & ecclesię damnum cum quadruplo restituendum. Grego. contra dicebat ecclesiam nihil debere lucrari ex damnis, & demum dicit compiler, quod aliud est de ecclesiastica mansuetudine, aliud de legum seueritate; & ita no. ibi glo. quod pœna quadrupli & similes in foro consciētiae nec exigendæ nec recipiendæ sunt. Idem tenent Doctores in c. suam. de pœn. vbi Abb. colligit argumentum ex text. & idem in c. dilecti. de arbi. vbi Dq.

287

N

Abb.

vbi D. Abb. post 3. col. latè prosequitur hanc communè opinionem, & approbat gloss. in d. c. fraternitas.

† Ego verò habeo dubitationes. Quia video, vt ipsi etiam fatentur, quod pœna possit exigi iure Canonico tam à Clericis quam à Laicis, vt in d. c. dilecti, quod omnes notant, & in c. si quis deinceps, 17. q. 4. & in c. sacrilegium. ea. caus. & q. Sed quod iure Canonico exigatur pœna, quæ sine peccato recipi non possit, videtur sibi pugnans. Nam si iure & iustè petitur, sine peccato recipi poterit, quod enim iure possidetur, id iustè possidetur, vt in c. ius. de verb. signifi. ac in possessione iusta nō inest in possidendo peccatum, nisi velis iustitiam dicere peccatricem.

Et miror, quod Dom. Abb. cum profiteatur communem conclusionem, qua tenetur, pœnas non exigi in foro cōscientiæ, statim in eadem columna subiungit easdem pœnas exigi licitè in foro cōtētiōso tam à laicis quàm à clericis, quia talem exactiōem lex permittit, & quod sit lege permittente, non est peccatum, vt in c. qui peccat, 13 q. 4. ita ipse. Si igitur non peccat in exigendo, quæramus à Do. Abb. quare in foro conscientiæ exigere non possit. Nam talis exactiō, vt Abb. ipse fatetur, iusta est & sine peccato.

† Præterea ipse idem Abb. absolum censet, quod aliqua permittantur de iure Canonico, quæ sint cōtra conscientiæ legem & quæ pariant peccatum, ita dicebat in c. quia plerisque. de immu. eccles. in 7. q. & probatur ex c. si. de præsc. vbi generaliter derogatur omni constitutioni, quæ sine peccato seruari nō potest, & facit c. Mattheus. de simon. vbi adducitur illud Euang. *Quam commutationem dabit homo pro anima sua? Itē quid prodest homini, si torum mundū lucretur, animæ verò eius detrimentum pariat? Vnde concludit Do. Abb. quod nunquàm ius Canonicum, quando sumit fundamentū à veritate, permittit aliquid, quod sit peccatū, & quod lædat conscientiā. secūs si super præsumptione &c. Cū igitur in exactiōe pœnæ nō procedat præsumptiuè sed*  
verè,

vetè, sequitur in foro cōscientiæ nō aliter iudicari, quod ab eodem Abb. & Io. Andr. & Moder. satis apparet, quā ipsi finem iuris Canonici constituunt in animarū conseruatione & quāuis in hoc aliquātulum ab eis dissidio, in eo tamen iuste cōcordamus, ius Canonicū finē conseruationis subditorū eo modo constituisse, vt cōueniat saluti æternæ, quæ est vltimus & perfectus finis, vt in c. vt animarum, de const. in 6. in c. quamuis pactū, de pact. lib. 6. in c. cūm contingat, de iureiu. cum simil. & latius expono sup. in prin. huius libri. Nimis igitur absurdum est, vt imperiū spirituale, quod in Canonibus exercetur, eo modo disponat. Il. quo nō cōseruet spiritus sibi à Deo ad conseruationē creditos, non enim benè gereret officium pastoris. Item vt suprà dicebam in 16. illatione I. ciuiles in vtroque foro ligant, vt not. in c. quæ in ecclesiarum. de const. & in c. vt animarum est tit. lib. 6. quod in casu nostro ligent satis apparet ex c. si seculi, aliàs incipit cū deuotissimam. 12. q. 2. vbi Grego. ita dicit, si seculi leges talē iustitiā habere voluerunt, lex diuina cur inferior esse debebit, cūm sibi in ipsis veritatis præsentia à Zachæo collaudatum sit, si aliquid defraudaret, in quadruplum restitueret? Et quia summum in rebus bonum est iustitiam colere, ac sua cuique iura seruare, & in subditos non sincerè, quod potestatis est fieri, &c. Ecce quod Gregorius exhortatur reginam Galliæ Cōstantiam, vt in malefactores & deprædatores Ecclesiæ leges seculi exequeretur, & hanc iustitiam appellat non solum humanam sed diuinam, & à Dei voluntate procedentē, maximè in restitutione quadrupli, ac dicit summum in rebus bonum iustitiam esse, & hoc ipsum iustitiam appellat. Ego igitur ignoro, quomodo ex iustitia & ex summo bono, & ex l. diuina vel diuinitus approbata oriatur peccatum.

Rursus video idem expressè caueri in d. c. in legibus. ead. causa & quæstio. vbi summus Pōtifex quadrupli restitutionem non solum legibus humanis, sed etiam diuinis probat conformem, & ided dicit damnū ec-

clesiæ illatum in quadruplum restituendum. Idcirco ego non video, quare hæ Institutiones non sint iustæ omni iure naturali scilicet & ciuili, cùm maximè furti castigatio quamuis à iure ciuili determinetur, ducit tamen causam à iure naturæ, vt in l. i. de furt. ff. in princip. Instit. de obligat. quæ ex delict. & eadem est ratio in cæteris delictis, vt ibi. His etiam adde plura iura, quæ allegat gloss. in d. c. fraternitas, qualia nescit solueri.

290

† Nec nobis obstaret text. in d. c. fraternitas, ex quo sumitur fundamentum. Nam gloss. ibi, quæ forsan millic à Doctoribus nostris est commendatâ, vt poteris videre per Abb. Modernos & apostillatores, in c. i. de cõst. habet fundamentum casum scilicet illius c. vt cum tex. ille dicat, absit, quod Ecclesia recipiat cum augmẽto, & de terrenis rebus videtur amittere & lucrâ damnis quærere. intelligendû est, quod coram sacerdote aliquis furtum confessus non debet restituere res cum quadruplo, ira gloss. quæ vt vera sæpissimè vulgò traditur, quinimò ad aliud trahitur, quàm dicat.

Primò considera, quod ille intellectus textui nullo modo est aptus. Nam ibi Gregorius Papa ab Episcopo Anglorum fuit consultus, quomodo corrigeret fures rerum Ecclesiasticarum, & respondet necesse esse, vt quidam illorum damnis, quidam verberibus corrigantur. Hæc igitur verba non conueniunt foro pœnitentiali. Item subiungit, cùm paulò districtius agitur, ex charitate agendum est, non ex furore, quia ipsi hoc præstatur, quia corrigitur, ne gehennæ ignibus tradatur. Ista etiam verba magis conueniunt foro iudiciali, quàm foro conscientiæ, & ita intelligit Gratianus cùm in fide dicat, quod Canones contrarij loquuntur de legum seueritate, ille verò tex. de ecclesiastica mäsuetudine: differentia ergo stat ex seueritate ad mansuetudinem, non de foro iudiciario ad pœnitentiale. Quinimò cùm illæ leges loquantur in iudiciali, quod iste loquatur in iudiciali, necesse est, aliàs nulla esset diuersitas rigoris  
ad

ad mansuetudinem.

† Item nec de rigore, nec de mansuetudine fur tenetur restituere quadruplum in foro pœnitentiæ, vt inferius explanabo. Ergo verba illa foro pœnitentiæ aptari non possunt, itaque conclusioni nihil videtur ob stare text.

† Sed quoniam videtur suadere, ne ecclesia augmenta suscipiat, idèd eius mentem & ius, quo versatur, patenter exprimam. Attende idcirco, quod est quædam regula naturalis, quæ furtum debeat puniri, & quamuis iure naturæ non sit pœna determinata, lex tamen ciuilib, vt decuit, eam in duplo & quapruplo determinauit, quæ conterminatio ad reprimendum vitium furti naturalem habet æquitatem, vt in l. i. & per seq. ff. de furt. & in princip. Insti. cod. Hæc igitur regula naturalis à lege ciuili terminata, necesse est, vt omnes regulæ, & ita loquitur text. in d. c. si seculi, & c. cum deuotissimam, & c. in legibus, 12. q. 2. vbi commendatur hæc legis ciuilib iustitia, vbi cum lege ciuili & Canonica possit agi ad quadruplum, non est dicendum in hoc ipso versari peccatum.

Sed si nos consideramus iusticiam puram naturalem, quam quisque in se habet naturaliter, mihi si fiat furtum, ad me attinet agere, & curare, vt restituas, quod abstulisti, & ratio mea, quæ me ipsum regulat, nihili ultra exigit, nisi vt ego instituum, quamuis etiam ad conseruationem vniuersi ego curare debeam, vt furtum puniatur, tamen vt in vtilitatem quadrupli mihi puniatur, natura ipsa non constat, & ita intelligi furtum natura esse puniendum, vt in d. l. 1. & in l. respiciendum. de iniur. Vnde aut aliquis vult sequi regulas ciuiles & Canonicas, quæ terminant furti castigationem in vtilitatem agentis, & iustè legibus (quibus viuere licet) poterit conscientiam adaptare, vt 23. q. 4. qui peccat, & tenet D. Abb. in d. c. quia plerique, de immunit. eccles. & superius dixi.

Aut vult conscientiam suam formare ex iustitia sibi à natura insita, & etiam rectè formabit, ac petet rem suam sibi restitui, & hoc est quod ius ciuile vtramque iustitiam considerans dedit furti actionem & conditionem furtiuam, actionem scilicet ad pœnam, conditionem ad satisfactionem, vt in l. pro fure. §. furti. ff. de furt. † Et nunc à suis principijs intelliges notabilem legem in l. i. C. de furt. quam ibi commendabat Bald. vbi actio furti competit contra plures eandem rem furantes, ad eò quòd solutio vnus non liberat alium, vt ibi. & in l. vulgaris. §. penult. ff. cod. sed in conditione, quæ sequitur iustitiam cuiusque particulariter insitam, solutione vnus liberantur cæteri, quia agit ad satisfactionem sui damni, & verum est satisfactum esse.

Attende itaque quod ista lex propria cuique naturalis perfectior videtur. Ratio est, quia ista manet in meritis terminis naturæ, vnde cum ius naturale sit perfectius legibus posituius, vt in c. lege 10. dist. & in c. quæ contra mores. 8. distin. & in l. has obligationes, de cap. dimittit. Dicendum est perfectius agere, qui sola sua lege naturæ non querit commoda ex delictis aliorum, & hoc est quod dicitur in d. c. fraternitas, quod ecclesia, quæ debet, in quantum poterit, summam perfectionem prosequi, sit mansueta ad recuperandum quod suum est, nec curet lucrum facere ex delicto, & hic erit bonus intellectus, qui in se verus est, & à principijs iustis videtur constare, & rectè adaptatur, cui satis consonat, quod dicit legislator in l. si quis in hoc genus, de episcop. & cler. quod episcopo sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit.

Vel si illam perfectissimam viam iustitiæ considerare velis, quã Saluator noster nobis tradidit. Ille enim mansuetus, simplicissimus, & innocentissimus erat, suoque ex omni nos viuere docuit, vt in c. significasti. de elect. & in c. vt nostrum, vt Ecclesiast. benè. sine dimi. confer. maximè ecclesiam ipsam, quam sponsam sibi constituit,

stituit, quæ summam habet cum Christo conformitatem, vt in c. debitum, de biga. Vnde ecclesia debet esse semper sanans, vt erat ipse, non exulcerans c. inter hæc. 31. q. 2. & de hac via iustitiæ latius loquor, sup. in 16. illatione, in §. rursus considerabam. Ecclesia igitur, cum viam perfectissimam mansuetudinis sequi debeat, sat est, quod petat res suas sibi restituendas, nec exigere debet quadruplum, vt in c. fraternitas, & ira potest intelligi text. ille, quem auctor compilationis isto modo interpretatur.

† Item aduerte, quod maximè ecclesia debet habere 294  
eam intentionem, ne ex delicto alicuius lucrum captet, vel expectet, sed dum velit actione furti agere ad quadruplum, hanc habeat intentionem, vt ille castigetur, qui furatur, non vt ipsa acquirat ex furto, quia tunc deuiarab intentione rectæ castigationis, & à fine, quo legibus punitur. At cum ille Episcopus interrogasset Gregorium, quo augmento fures restituere tenerentur res Ecclesiæ furto subtractas, videbatur in hac consultatione sua considerare augmentum, & ideo dicit, quod Ecclesia cum augmento non debet recipere, quæ ab ea fuerunt subtracta, quod (vt dixi) intellige ecclesiastica mansuetudine.

† Nec obstat text. in c. suam, de pœn. vbi pœna non potest peti, sed imò ibi est, quia ferè totum quod sub pœna debebatur, erat solutum, & ita respondent cõmuniter Doctores, vt ibi, & in c. dilecti, de arb. vide Abb. vbi que. Quod autem dicit gloss in d. c. fraternitas, furem non teneri in foro conscientie soluere quadruplum, fautor, quod fur non teneatur, quia lege diuina non tenetur nisi restituere, vt in reg. iu. & ibi latè, ad pœnam autem quadrupli venit actione condemnandus, & non est condēnatus, vnde ex nulla cõdemnatione tenetur, & ita intellige prædictam gloss, & quæ latè dicit D. Abb. in d. dilecti, & in c. 1. de const. Nos verò loquimur non in fure, sed in persona, à quo furatur, cum ergo illa lege petat, non peccat, & in hoc stat fallacia.



† Addecimamnonam dubitationem referenda est disputatio, quæ exoritur ex c. quamuis pactum, de pact, lib. 6. vbi pactum de non succedendo iuramento confirmatum valet de iure Canonico, quia potest obseruari sine interitu salutis æternæ, vt non valet de iure ciuili, vt notatur in l. si quando. §. 1. C. de inoffic. testamen, & in l. pactum. C. de col. & ibi Bartol. & Bald. Idem Bart. l. final. C. de pact. 2. colum. & in l. pactum. C. de pact. & in l. omnes populi. C. de iusti. & iur. in 8. colum, Ecce igitur quod aliud consideratur de iure Canonico scilicet periculum salutis æternæ, quod non consideratur de iure Ciuili, ex quo constat, quod de iure ciuili non præcipitur obseruari. Hinc vulgò dicitur talem legem non valere tanquàm nutritiuam pacti. Ita docebat Bart. in d. l. omnes populi. 7. colum. Paul. in Authen. sacramenta. 2. colum. Ias. ibid. in penul. colum. Alexan. in l. fina. qui satisd. cog. vbi latè. Ad quod ego induco textum in c. cùm contingat, de iurciur. in versu. cùm talis consensus non videatur obligatorius secundum legitimas sanctiones, vbi satis clarè probatur iuramentum etiam non valere in talibus secundum legitimas sanctiones, sed cùm ex hoc sequatur pactum, vt in d. c. cùm contingat, in his verbis sequentibus, ne tali tamen prætextu viam contingat periurijs aperiri, sequitur talem legem nullam, vt in cap. final. de rescriptis.

† Item aliud docebat ipse Bald. quod licet iuramentum contra bonos mores naturales non valeret, vt in regul. non est obligatorium, de reg. iur. libr. 6. tamen valebat contra bonos mores ciuiles, quod probatur, quia pactum de futura successione est contra bonos mores ciuiles, vt in l. stipulatio hoc modo concepta, de verbo. oblig. & in l. fin. C. de pact. Sed confirmatur iuramento, vt in d. c. quamuis pactum. Vnde mores Canonici vel naturales differunt à moribus ciuilibus, & in eadem est sententia Panormitan. in c. si verò. 4. colum. de iurciur.

† Quan-

† Quantum ad primum de prima conclusione ego affirmare non audeo, quod de iure Ciuili non valet iuramentum, vt filia dote contenta, nullum ad bona paterna habeat regressum, immò potius tenerem de iure Ciuili valere tale sacramentum, etsi Doctores aliter teneant: & primò ex præsupposito nostro, quia hoc competit fini & principijs iuris Ciuilib: nam finis est, humani generis conseruatio. Sed non obseruando iuramentum, quod in se non est turpe, peccatur, & ex legibus daretur materia peccandi, vt in d. c. quamuis pactū. Item in peccatis non potest conseruari genus humanum, cū animæ pereant, & anima ad generis humani conseruationem cunctis sit præferenda rebus, vt in l. sanctimus, C. de sacrosanct. eccles. & quidem si daretur licentia peccandi, genus humanum non foeliciter valeret, vt à seipso patet. Igitur non congruit talis conclusio fini legum, cū magis ad legis finem coërceantur peccata, vt in Authent. vt hi qui obligat. in princip. & in Authent. vt non luxur. & in l. 1. & 2. ff. de legib. in d. Procem. Gregor. Præterea constat, quod difformat talis sententia à primis principijs legum, in quibus præcipitur, vt quis honestè & sine peccato viuat, ius suū cuiq; tribuat: nam cū peccet, non honestè viuat, qui ei promisit iuramento, & deinde peierat, vt in d. c. debitores, de iure iur. ibi. cogendus est Deo reddere iuramentum. Igitur non est bona talis interpretatio, cū ex ea sequitur, legem deuiare à suis principijs, nec tendat ad debitum finem, id est, ad generis humani foelicitatem, quod est medium ad æternam salutem, vt supra ostendi.

† Præterea hæc nostra sententia alia ratione constat: ridiculum enim esset, vt leges se intromitterent in his, in quibus earum dispositio nihil posset: esset enim fatuitas, & non iurisprudencia, à qua leges procedunt: qui enim ius dicere non potest secundum leges, à iure dicendo prohibetur, vt latè in l. 2. de orig. iur. Et nemo debet intromittere, nec immittere falcem in

messum alienam, vt in c. venerabilem, de electio. & in c. 1. 6. quæst. 3. in c. nullus, de paroch. Nec hoc debemus credere vel interpretari de iplo Imperatore vel legibus, quæ iusticiam obseruant, vt in c. solutæ, de maiorit. & obedient. & in c. nouit, de iudic. cum similib. Cùm igitur iuramento Deo promittatur, vt in c. debitores, supra alleg. secundum verum intellectum. & ibi Hostien. & Abb. obligatio, quæ in Deum tendit, non subiicitur iuri humano, nec legibus potest dissolui: quia Deus non subiicitur legibus, vt leges possunt disponere de tali obligatione sibi quæsitæ. Hoc enim pugnaret naturæ, vt in l. ille à quo intempestiuam, ad Trebellia. in c. cùm inferior, de maior. & obedient. cum similib. Hanc eandem rationem tenuit Dominus Abb. in c. cùm contingat. 3. colum. in fin. de iureiuran. † vbi dicebat, quòd lex Ciuilis non potest dissoluere obligationem Deo quæsitam, argumen. text. in c. Iulianus. & in c. si duobus. & in c. qui resistit. 11. quæst. 3. vbi legi Imperatoris non subiicitur contra legem Dei, nec legi Consulis contra legem Imperatoris. Ita ergò ista obligatio Deo quæsitæ non potest tolli à lege Ciuili. & ita intelligebat text. in d. c. cum contingat. & c. licet mulieres. eod. tit. vbi similis est casus & eodem argumento vtitur gloss, in Authent. ad hæc. C. de vsur. Seruus enim in his, quæ domini sunt, legem ponere non potest, l. seruus. C. de pact. & in l. nam magistratus. ff. de arbit. Cùm igitur ius Ciuile non possit tollere nec impedire obligationem Deo quæsitam, dicendum est, nec tollere velle, cùm maximè idem ius cognoscat talem obligationem & iuramentū rendere in Deum, vt in l. iusiurandi. C. de reb. cred. vbi iusiurandi contenta religio Deum habet vltorem. & reliqua.

300

301

† Cerrè hæc opinio confirmatur ex Authen. sacramenta C. si aduers. vend. vbi etiamsi contractu lex resistat, nihilominus valet iuramentum eodem iure Ciuili. Licet igitur in l. pactum. C. de coll. contractus sit improbatus, de iure Ciuili tamē non ex hoc negatur, quin valeat,

valeat, si iuretur : & hoc argumentum confirmat Do. Abb. in c. cum contingat. 3. colum. vers. alij debent. vbi ex eo tenet, quòd iuramentum de non reuocando alienationem fundi dotalis contractus iure Ciuili sit improbatum per d. Aurhen. sacramenta. vbi valet iuramentum contra legem. ita dicit Dom. Abb. quamuis melius, diceret, quòd valet iuramentum in actu à iure Ciuili reprobato præstitum : nam iuramentum non est contra legem, quæ ei, vt non potest, resistit.

Præterea ego probo alia satis colorata ratione: si enim iuramento lex Ciuilis resistet, & iuramentum non valeret dispositione Ciuili, talis lex non esset lex, quia iam à lege naturæ, & à lege Dei deuiat, à qua sumit essentiam & nomen legis, in c. erit autem. & S. Thom. clarè in d. quæst. 90. argum. 1. Vnde Isidor. lib. Ethic. Si ratione lex constat, lex erit omne quod ratione constiterit, vt in c. consuetudo. 1. dist. Sed sic est, quod text. in d. c. cum contingat. & tex. in d. c. quamuis pactum. appellat leges eas, de quibus disputamus : igitur non sunt contra legem naturæ & Dei, quinimmo cum hæ legum sanctiones legitimæ appellentur, vt in c. cum contingat. sequitur, nihil iniustū continere: nam si in se continerent peccatum, non essent sanctiones legitimæ, vt in c. fin. de reb. eccles. igitur intelligendum est, eas leges non continere peccatum,

† Præterea ego habeo, quòd illæ leges obseruantur etiam in foro ecclesiastico : nam dicunt, quòd pactum factum à filia, dum nuptui tradebatur, vt dote contenta nullum haberet regressum ad bona paterna, non valet, & verum est, quòd etiam de iure Canonico id obseruatur, vt fatentur omnes Doctores. & probatur ex c. significante, de pignorib. & in c. peruenit, de emptio. & vendit. Igitur non est dicendum, leges illas non valere. & hoc est expressè contra Barto. in d. l. omnes populi.

At si dicas, quòd etiamsi lex illa non disponat de iuramento, tamen ex interpretatione l. non dubium.

C. de.

C. deleg. includitur iuramentum. Tunc quidem respondebo, non valere interpretationem, quæ iuramentum concludit, sed valere legem illam, quæ nihil disponit de iuramento, sed adhuc interpretationem ipsam & legem interpretantem inferius defensabo.

† Non obstat text. in d. c. cum contingat secundum nostram ponderationem: nam non est obligatorius consensus secundum legitimas sanctiones, intellige consensum, id est, contractum inter partes, ut in l. 1. de pact. ff. nam consensus, id est, iuramentum, non debet interpretari, quia cum Deo non consentimus. Non enim dicitur Deus eo modo consentire, quo humani consentimus, ut ostendi in repetit. c. 1. de pact. cum de pollicitatione loquebar, & quod ista sit vera interpretatio, ego manifestè ostendo ex cod. c. cum contingat. vbi in casus consultatione dicitur, quod mulieres alienationibus dotium consentiunt non contrauenire proprio iuramento firmantes. Responderur postea, quod licet talis consensus non sit obligatorius secundum legitimas sanctiones, tamen iuramentum est seruandū. Ecce quod de consensu alienationis loquitur, & docet non valere secundum legitimas sanctiones, & hoc idem est de iure Canonico, ut in c. peruenit, de empt. & vend. secundum Doctorum omnium sententiam. De iuramento igitur nihil statuitur de iure Ciuili in hoc casu, sed casus iuramenti fuit additus de iure Canonico, alius ius Canonicum contra ius Ciuile statuisset, maxime cum contineret peccatum, id expressè improbasset, ut fecit in c. fin. de præf. & in c. fin. ne consuetud. & casum esset additum, bene patet etiam in eo. c. quamuis pactum, in verbo, si tamen iuramento fuerit firmatum. & in d. c. cum contingat, in verbo, ne tali tamen prætexu. addunt enim nouum casum, scilicet, quod si iuratum fuerit, tale iuramentum debeat obseruari.

† Hinc refello ponderationem Dom. Iaso. in quo facit vim magnam in l. stipulatio hoc modo concepta, de verb.

de verb. obligat. §. colum. vbi contra Raphaël. Fulgo. & contra Raph. Cuman. tenet c. quamuis pactum. non esse correctorium, vt ipsi dicebant, sed limitatoriū. Nam vt ex superioribus vides, non est correctorium iuris Ciuilis, nec est limitatorium, vt ipse credit, cū tale iuramentum non esset inualidum iure Canonico, vel etiam Ciuili: quinimò dicitur iure Canonico valere, quòd adhuc non erat dispositum de iure Ciuili, quia non designatur in hoc sacros Canones imitari, vt in Authent. quomodo oport. episc. in princip. & in Authent. vt cler. apud pro. episcop. & in c. 1. de noui oper. nūnciat. Si igitur additur iuri Ciuili, non corrigitur, nec limitatur, facit quòd docet Dom. Ioan. And. in regul. possessor. de reg. iur. in mercur. & aduerte, quòd inconstanter D. Ias in Authent. sacramenta, 9. col. versic. quid tenendum. tenet Auth. sacramenta esse correctorium, sed nec benè dicit per superiora.

Nota tamen, & in hoc tacitæ obiectioni respondeo, quòd aliqui ita interpretantes, prout Bartol. Bald. Raph. & Ias. credebant ex iure Ciuili iuramentum non esse seruandum, cū lex Ciuilis contractum prohiberet, vt in l. non dubium. Idè contra talem interpretationem venit interpretatiuè text. in c. cū contingat. hoc est quòd dicit, ne tali tamen prætextu viam contingat periurijs aperiri, iuramentum esse seruandum. Et idè dicebat text. in c. licet mulieres, eod. titul. quòd quidam iudices seculares improbè faciebant taliter interpretantes, qua de re præcipit tale ius Canonicum, in quo præcipitur. iuramentum additum obseruandum, etiam in foro seculari obseruari debere: & ita intelligo, & intelligenda sunt hæc ipsa.

† Ad text. verò in l. non dubium, difficilis est responsio. quæ (vt opinor) duplex esse potest. Prima est, quòd ibi non disponitur aliud, nisi quòd iuramentum non admittitur ad conualidationem contractus, dum contractus est à iure improbatu: & considero, quòd ibi lex illa voluit, quæ contra legem sunt, non tenere, & idè

idè nec contractum valere, qui fuit factus contra legem, nec talem contractum conualidari voluit, etiam si interponatur stipulatio, nec valere mandatum, nec admitti iuramentum. ita dicit textus. Itaque non admitritur iuramentum ad conualidationem contractus, & hoc verum est, tam secundum Canones, quam etiam secundum leges: qui contractus non conualidatur, sed tantum obseruatur iuramentum secundum veriore opinionem, quam infra tenebo. & hoc conformatur cum intellectu Abbatis, & eius ratione in d. c. cum contingat, & cum rationibus superioribus: nam lex Ciuilis habet potestatem, & exercet iurisdictionem inter partes: & idè ex ciuili commodo potest prohibere contractum, nec contractus conualidatur iuramento inter ipsas partes: sed quia est Deus super omnem legem, nec lege potest tolli obligatio Deo quaesita, idè iuramentum vt Deo factum obseruatur, vt in d. c. debitores. & in d. c. cum contingat, cum similibus. Bene faciunt ad hanc sententiam verba textus in d. l. non dubium. Nam cum loquitur de stipulatione & de mandato, dicit nullius esse momenti: cum verò loquitur de sacramento, dicit, nec sacramentum esse nullum, quia hoc non potuit, sed dicit sacramentum non admitti, scilicet ad confirmationem contractus reprobari de iure Ciuili. Non igitur ibi dicitur iuramentum non esse obseruandum de per se, quia hoc iuste dici non potuit, sed dicitur contractum inter partes non conualidari, quod lex ipsa facere potuit: & iste est nouus, subtilis, & singularis intellectus. Ex his non teneo intellectum gloss. in d. l. i. C. si aduers. vend. quod l. non dubium. loquitur in perpetuò prohibitis, in quibus iuramentum non firmat contractum: secus in alijs contractibus, in quibus non sit perpetua prohibitionis causa.

Hæc solutio non tenetur, quia ille text. clarè loquitur in prohibitis à iure Ciuili, & non his non solum, quæ de se sunt prohibita, idè non in iusto. Alij intelligunt

ligunt Bald. in d. l. i. supra eod: & Salic. in Authent. sacramenta. quos etiam sequuntur reliqui, & Moderni Papienses ibi, in 8. colum. quasi ad finem. Dicunt hanc esse veram solutionem, quod l. non dubium. loquitur in contractu prohibito de iure communi: scilicet si contractus sit prohibitus de iure speciali, ut est contractus minoris, qui iure speciali est nullus, non interueniente autoritate.

Profectò quamuis exquisitus sit talis intellectus, & ut verus & singularis tradatur à prædictis Patribus, plus tamen apud me valet vera ratio qualibet auctoritate. Et primò considerandum, quòd ista solutio non conuenit rationi, nec verbis l. non dubium: nam ratio illius legis incipit, non dubium esse, eum contra legem agere, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. Hac igitur ratione non vult, quòd contractus, qui contra leges sunt vno modo, alio modo valere possunt, & idè nec sacramentum, nec stipulatio admittitur ad eorum validitatem. Igitur in ista ratione benè comprehenditur contractus prohibitus ipsi minori: nam cum legis voluntate prohibeatur sacramentum, non debet admitti: itaque malè distinguitur in solutione, cum ratio legis non recipiat distinctionem, & à ratione & mente legis est inferendum, ut dicitur in eadem l. non dubium. Quare Bald. Salic. & Ias. in eandem legem committunt. Item nec verbis congruit talis intellectus, cum sæpissimè sub nomine vniuersali negatiuo, omnes contractus à iure prohibitos comprehendat, ut ibi, nullum pactum, nullam conventionem, nullum contractum. Item aduerte, quòd subiungit, quòd ad omnes etiam legum interpretationes tam veteres, quàm nouellas trahi generaliter imperamus. Ecce quantum planè constat de omnibus loqui: nam generaliter ad omnes casus præcipit trahendam illius legis dispositionem, quòd satis euidenter ostenditur ex verbis tam geminatis, Item & iterum dum subiungit, sed in prædicta itaque regula, qua vbique non seruari pactum legem pro-



ge prohibente censuimus, nec iuramentum admitti: attende quòd illam vniuersalem regulam vbique vult obseruari, etiamsi interueniat iuramentum. Malè igitur distinguitur inter contractus maiorum & minorum, maximè vt statim videbis: non enim credendum (vt vulgò passim creditur) quòd ex eo, quòd lex singulariter disponat in personam, id sit, ius singulare, & hoc ob ipsum restringibile. † Nam habemus quandam veram & iustā considerationem, quòd quando leges pœnales, correctoriæ vel singulares disponunt de æquitate naturali, tunc non est consideranda eorum restrictio tanquam habeat maius odium, sed aliarum legum interpretationes habent locum. Ita potest colligi ex sensu & sententia Iurisconsulti in l. bona fides. ff. de pos. & ibi eleganter rorauit Paul. de Castro arguens aliquorum importunam citationem huius regulæ iuris restringendi. Nam dicit, quòd dum leges habeant naturalem rationem, talis restrictio est inepta, sed quòd contractus & alienationes minorum non sint ratæ, æquitate disponitur naturali, vt in l. i. de minor. & ibi Bartol. in princip. vbi ipse cogitur fateri, † quòd quamuis æquitas ipsa naturalis sit generalis ad pacta obseruanda, & contractus sint iuris gentium, vt in l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iur. & in l. i. de pact. ff. tamen æquitate naturali speciali, quæ versatur in minorum contractibus, vincitur generalis æquitas, vt ibi, & in c. i. de rescript. & c. pastoralis, eod. tit. & c. studuisti, de offic. deleg. Ecce igitur quòd mera iustitia contractus minoris non habentur rari: vnde huius iuris restrictio non est iusta, nec iustè possumus dicere legem non dubium, quæ iuris voluntatem declarat, non habere locum in nostro casu.

Præterea vt vi sua valet veritas, ita eorum, quæ vera non sunt, hæc est natura, vt cohærere non possunt. Reperio enim eundem Bald. non assentire huic suo intellectui in eadem l. non dubium. 17. oppos. per text. in l. antiquæ, §. fin. ad Velleian. C. vbi tex. loquitur in iure singu-

singulari & beneficiali mulierum, & tamen iuramentum non valet secundum Bald. Item hoc idem confirmat necessarium ex sententia Bar. & Paul. penult. colum. ubi opponunt de Macedoniano, quod est ius singulare, & tamen dicunt, quod immo non habet locum l. non dubium. quia Macedonianum non prohibet contractum: fatentur tamen, quod si prohiberet, haberet locum, sed nos videmus in Velleiano, & Macedoniano ius versari singulare, ut de se patet, & notatur in l. ius singulare, ff. de leg. Idem confirmant reliqui Doctores ibi usque ad Iasonem, in penult. col. ad medium. Quin immo idem Bart. Bald. Alexand. & Ias. in eadem l. non dubium, super gloss. in verbo, ob id. fatentur, quod titulus de prædijs minorum, comprehenditur in regula l. non dubium. & non impedit hoc, quod sit ius singulare. Ita patet expressè, dum glos. & ipsi solvunt l. si ad resoluendam, C. de præd. minorum. Itaque iste intellectus stare non potest, sed verius est, quod iuramentum non admittitur ad contractus validitatem, sed ex hoc non tollitur obligatio, quæ ex iuramento Deo (ut ita dicam) est quæsitæ, quia hæc non subijcitur legi Civili.

† Vnde singulariter secundò infero contra opinionem Bartoli, quam passim tenet Bar. quod cum lex prohibet, ne aliqui contrahant, si contractus iuretur, non obligat, rationem subiungit, quia prohibitio legis inducit peccatum, c. si quis, de maior. & obed. Cum igitur iuramentum prohibeatur, sequitur iuramentum esse vinculum peccati, quod esse non potest, ut in c. si verò, eod. tit. Ergo iuramentum non valet, dum contractus prohibetur, ita ipse, ut in l. si quis pro eo, de fideiuf. 3. colum. & in l. cum lex, eod. tit. & in l. is cui bonis, de verb. oblig.

† Sed talis ratio fallax est; nam etsi contractum prohibeat, non prohibet iuramentum, ergo iurando non peccatur. Nec obstat text. in l. non dubium. ubi dicitur, sacramentum non admitti, quod fatendum est, quod

quod non admittitur ad validitatem contractus, sed ex hoc non sequitur prohiberi, cum lege Ciuili sacramenta prohiberi non possunt, vt sup. Hinc non distinctè soluunt Canonistæ in c. cum contingat. vt ibi Panormit. Paul. de Cast. & Moderniores in l. si quis pro eo. Dom. Iaf. in Authent. sacramenta. 18. colum. vers. & per hoc clarè. vbi reprehendunt hanc Bart. opinionem, quia non valet consequentia, quòd quando lex aliqua præcipit aliquid, quòd contra faciens peccet mortaliter: nam si in suum commodum præcipiat, non peccat iurando, l. cum pater, §. mando, de lega. 2. secùs si aliàs præcipiat, quia tunc fatentur peccare.

Quinimmò tu rectius dices, quòd ex eo quod ius Ciuile, siue ciuile causa, siue priuata vtilitate regulariter aliquid prohibeat, prohibet iurare. Hoc enim ex causa ciuili non potest, tollendo maximè obligationem iuramenti: ideo non peccat iurando, quia iurare non sit prohibitus.

310

† Tertio ex his infero, quòd contractus à iure Ciuili improbat, non validatur iuramento. Nec obstat, quòd Ioan. Andr. teneat contrarium, in gloss. c. 2. de pact. & gloss. in d. Authent. sacramenta, c. si aduers. vend. & Bartol. ibi. & in l. si quis pro eo, supra alleg. Ioan. Cal. & Ioan. de Imol. in c. cum contingat. 13. colum. Abb. ibidem, cum pluribus alijs. quorum primum fundamentum ex tex. c. 2. & cætera, quæ infra subiiciam, quibus respondebo. Primò igitur probatur, non conualidari contractum, quia contractus est prohibitus à iure Ciuili, & prohiberi potest, ergò nullus. vt in l. non dubium. nec iuramentum ad validationem contractus admittitur, vt textus ibi dicit, cui fundamento non respondent Doctores, nec est bona responsio, quòd l. non dubium. nulla sit, de quo supra.

Secundò facit, quia iuramentum si prohiberi potest à iure Ciuili, certè est prohibitum, quia nec per iuramentum vult lex Ciuilis validari contractum, vt in l. non

l. non dubium. sed quia aliud est contractus inter partes, aliud iuramentum, quod tendit in Deum, idcò à lege Ciuili non impeditur. & hanc rationem vt necessariam, fatetur idem Abb. in d. c. cum contingat. 3. colum. & idcò dicebat, aliud esse in illo casu, cum iuramentum interponitur. Ergò ex hoc constat, distinctum esse iuramentum à contractu, & distincta ratione valere, vt etiam fatetur Hostiensis, & idem Panormit. in c. debitores. Igitur non infertur de vno in alium, nec debemus interpretari eo modo, quod l. non dubium. non remaneat in suo vigore.

Tertiò probatur ex intentione omnium iurium loquentium in materia, vbi consideratur, vt iuramentum obseruetur, ne periurium incurrat, & ne Imperator det materiam periurij, vt in l. i. C. si aduers. vend. & in Authent. ibi posita. & in dicto c. cum contingat, in c. licet mulieres. & in c. significante, de pignorib. cum similib. Igitur ista ratio non intendit ad contractum, quia de contractu Imperator disponere potest, & disponit, sed non de sacramento: & idcò sacramentum obseruari præcipitur, vt etiam in responsionibus latius ostendam.

† Non obstat textus in c. quamuis pactum. cui, 311  
quamuis aliqui nostram sententiam teneant, vt Dominus Christophorus Porc. & Dominus Rapha. & demùm Dominus Ias. in dicta Authent. sacramenta. 10. colum. nesciunt respondere, quare Dom. Iason, quamuis videat subtilem & iustam conclusionem, dicit se remanere dubium.

Tu tamen dilucidè habeas à me hunc intellectum, quòd ibi non dicitur, pactum omninò obseruandum, quia id fuit à legitima sanctione improbatum, sed loquitur de iuramento, & ad iuramentum refertur, vt patent hæc verba: Si tamen iuramento nec vi, nec dolo præstito firmatum fuerit, ab eadem omninò obseruari debet, scilicet iuramentum, non autem pactum: & hoc patet in his verbis

O 2

sequen-

sequentibus : cùm non vergat in æternæ salutis dispendium, nec redundet in alserius detrimentum : quæ verba congruunt magis ad iuramentum, vt in Auth. sacramenta. & in c. cùm contingat, de iureiur. & in c. licet mulieres, eod. tit. lib. 6. cum similib.

312

† Sed quisquam opponet, quòd text. expressè dicit, firmatum esse pactum. Aduertè, & nunc intelliges pulchrè, quòd verbum, firmari, vel firmum, refertur ad factum, vel ad effectum, non ad ius, vt not. gloss. in l. si id quod pauperibus, C. de episcop. & cler. & ibi Bartol. & Bald. in l. metum, §. volenti, ff. quod met. caus. Itaque illud c. vult significare talem contractum facto ipso esse seruandum metu periurij, vt etiam infrà declarabo : non tamen sequitur, contractum iure validum esse, quia id verbum ad factum refertur, vt suprà probaui, facit quòd dicitur de stipulatione alteri facta, cui adijcitur pœna, vt in l. stipulatio ista, §. alteri, de verb. oblig. & in §. alteri, Instit. eodem. Item idem de compromisso, cui de iuri Ciuili adijcitur pœna, vt in l. i. & in Authent. decerni, C. de arbit. Nam compromissum de se est inefficax, metu tamen pœnæ seruandum est, & dicitur compromissum vallatum, id est, firmatum, vt in l. cùm antea, C. de arbitrar. ita contractus, cui iuramentum adijcitur, dicitur firmatus periurij pœna, cùm iuramentum debeat obseruari, non tamen quòd contractus valeat, cùm à iure improbetur.

313

† Non obstat text. in Authent. sacramenta, & text. in c. cùm contingat. & præsuppono, quòd aliud est alienare, & aliud est iurare de non contraueniendo alienationi, immò aliud est iurare de alienando, aliud alienare cum iuramento : vel aliud est promittere tibi cum iuramento, & aliud est, iurare non contrauenire tali promissioni, vel alienationi, vt not. in c. ad aures, quod met. caus. & ibi Dom. Abb. in vlt. col. Nam ex iuramento promissorio non inferitur ad iuramentum de contraueniendo, vt probatur in c. ad audientiam,

tiam, cod. tit. & ibi Dom. Abo. 1. & 2. notab. & idem tenet in c. 1. 3. colum. versic. venio ad secundum, de iure iur. & probatur ex c. tuas, de vsur. iuncto c. 1. & c. debitores, de iureiuran. Vnde cum in c. cum contingat. & in Authen. sacramenta. sit iuratum non contrauenire, non sequitur, contractum iure validari, quod exemplo manifestè probatur. Finge, quòd ego promisi vsuras, vel quòd mulier promisit alienare fundum dotalem, & fuit additum iuramentum de non contraueniendo alienationi, vel de non repetendo vsuras, nonne valet promissio? Certè non, quia altera est illicita, vt in c. debitores. altera prohibita, vt per totum, de fundo dotali. & in l. vbi adhuc. C. de iure dotium. & in c. peruenit, de emp. & vend. At si opponas de iuramento, respondetur, quòd nec ego iuravi soluere vsuras, nec mulier iurauit alienare: vnde ex iuramento de non reuocando alienationem non confirmatur alienationis contractus, sed alienatio iam facta, non iure, sed facto ipso necessitate iuramenti validatur, vt in d. c. cum contingat. & in Authen. sacramenta. vnde malè ibi gloss. notabat ex text. contractum esse validum ex iuramento. Alienatio enim non contrauenire videtur diuersum àb alienatione, vt dixi, & idè malè videntur notare omnes Doctores, qui quamcunq; opinionem teneant, intelligunt contractum esse iuratum, eandemq; obligationem continere iuramentum in his casibus, quam continet contractus. Nota tamen, quòd etsi iuramentum in re ipsa non contineret diuersum, non ex hoc sequitur contractum valere, qui impeditur & impedi potest à iure Ciuili, sed iuramentum valet, quod non subijcitur legi Ciuili, contractus verò firmatur facto ipso, quia iuramentum est obseruandum.

Ad id autem quod dicitur, ibi pactum seruari, vt ponderant Doctores, vt Dom. Ioan. de Imol. & ceteri: potest id negari, vt sup. tamen etsi concedatur, debet intelligi in effectu: quia contraueniri non potest ratione iuramenti, vt etiam dicit Prætor, omnia pacta

se seruare, sed ex hoc non intendit dare actionem ex partibus nudis, sed exceptionem, vt in l. iurisgintium, §. prætor. & §. igitur nuda. §. quinimò, de pact. Et facit Do. Bart. in l. metum, §. volenti, sup. alleg. vbi prætor dicit, firmum se non habiturum, quod metu factum erit : & intelligitur obstante exceptione.

Item vrget ratio Dom. Abb. cùm dicat, quòd cùm in fauorem partis sint editæ leges illæ de non alienando fundo dotali, & de non paciſcendo, ne succedatur, & vt contractus minoris non valeat, sequitur, quòd non habet vim legis prohibitoria, sed consultoria, vt in l. cùm pater, §. mando, de leg. 3. Igitur si iuratum fuerit, lex non prohibet, nec prohibere potest, vt supra. & ideo casu, quo iuratur, iuramentum & contractus sunt exempti à nullitate, quia in hoc casu lex non se intromittit. ita Dom. Abb.

† Aduerte, quòd licet lex sit in fauorem partis, consensus tamen eiusdem partis talem contractum in casibus superioribus conualidare non potest, vt patet in l. pactum. & in c. quamuis pactum. & in Authent. siue à me. C. ad Velleia. Quinimò consensus partium in hoc casu est improbatus, & ideo nõ obligat, vt in d. c. quamuis pactum. & in c. cùm contingat. nec curo de regula, ex qua dicitur, quòd cùm actus annullatur, excluditur consensus partium, vt notatur in c. i. de rescrip. lib. 6. & in c. dispendia. & text. in c. dilecto, de præbend. de quo vide Ias. in l. pacta quæ contra, C. de pact. in principio.

Vnde eadem ipsa ratio destruit conclusionem Abbatis & omnium, qui eum sequuntur. nam quoad partes, lex prohibet, & prohibere potest : sed quoad iuramentum, in quantum in Deum tendit, prohibere non potest, quia obligatio, quæ intendit in Deum, non potest impedire ab inferiore, quæ verò inter partes, ista eadem ratione poterit. Igitur contractus inter partes impeditur, iuramentum tamen distincta ratione remanet in suo vigore, vt dicebam : & dicere, quòd lex non se intro-

mittit in casu quo iuratum est, quoad civilem obligationem ipsius contractus, est contra casum expressum in l. non dubium.

† Nec obstat ratio, quam evidentem & necessariam speculatut Dom. Abb. quod sequeretur, ut de iure Civili iuramentum introduceret obligationem, ut in Authent. sacramenta. Nam separato contractu, iuramentum stat per se, & iuramentum per se non potest esse inductorium obligationis, ut in l. si quis pro eo. & quod ibi notatur de fideiuss. & ibi late Bartol. Certè hoc inconueniens, & si sit contra vulgi opinionem, non est tamen inconueniens ad ipsam iustitiam: quinimmo opinionem nostram, qua ex iuramento etiam simplici obligari tenemus, rectè confirmat, quòd dilucidè & late ostendo in c. i. de pact. in rep. & idè argumentum non valet: sed etsi argumentum valeret, tamen certum est ex eorundem Doctorum opinione ex iuramento confirmatorio oriri actionem, licèt non ex simplici assertorio, † quia confirmatorium secundum ipsos differt ab assertorio, ut Bart. in d. l. si quis pro ea. quamuis vera iustitia non differat, ut ostendo, vbi sup. Nec obstat, quòd contractus non confirmetur iure, dum iuramentum in facto sit factum ad confirmandum, quod actum est, id est, ne ei contra fiat. ut in d. Authen. sacramenta. 315

† Ex superioribus potest defendi gloss. in d. l. pactum, de col. & in l. si quando. §. i. de inoffic. test. vbi dicitur, etiam iuramento non valere tale pactum, ne succedatur, quod verum est ex l. non dubium. sed falsum est contra c. quamuis pactum. ut Bart. & Bald. & Alex. & Ias. intelligunt, quia ibi præcipitur iuramentum obseruari, &c., Alijs autem oppositionibus vel potius inconuenientibus respondet satis luculenter Dom. Anto. in d. c. cum contingat. & ibi late etiam refert Ioan. de Imol. quibus assentitur Dom. Abb. 316

Ex his etiam infero, malè dixisse Bart. in d. l. omnes populi, l. pactum, de col. C. non valere tanquam nu-



tritiuam peccati. & idem de l. non dubium. & de l. prohibente alienationem rei dotalis, &c. Nam nullum nutriunt peccatum, ideò valent, nec in hoc discordant leges à Canonibus, vt suprà.

317

† Vigesimo infero ad aliam differentiam inter ius Canonicum & Ciuile, scilicet quòd de iure Ciuili ea pax censeantur contra bonos mores, quæ sunt improba & inhonesta, sed de iure Canonico id solùm est contra bonos mores, quod inducit peccatum, hic probatur ex d. c. 2. de pact. Nam pactum de futura successione est contra bonos mores secundùm ius Ciuile, vt in l. stipulatio hoc modo cõcepta, de verb. obl. sed de iure Canonico valet iuramentum adiectum tali pacto: ergò non est contra bonos mores, quia non est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum, vt in c. non est obligatorium, de reg. iur. lib. 6. ita docet Bald. in l. pacta quæ contra, in princ. C. de pact. & idem in l. pactum quod dotali, C. de coll. 19. q. Paul. in d. l. l. pacta quæ contra. & Dom. las. ibi secundò not. & Dom. Abb. in c. si verò, de iure iur.

318

† Sed aduerte, quòd cùm iuris Ciuilibus & Canonici eadem sunt principia, & prima præcepta iustitiæ, vt in Procem. Gregor. & in l. iustitia, de iusti. & iur. & idem sit finis ex eisdem principijs, & ad eundem finem, non rectè datur contrarium, maximè quòd vtrobiq; est præceptum honestè viuendi, vt suprà. Item ego ex fundamento ostendo fallaciam: nam falsum est, quod præsupponunt per 2. c. pacta, ex quo renunciatur successioni. esse contra bonos mores, etiam de iure Ciuili. Igitur ex hoc non probatur, quòd iuramentũ valeat contra bonos mores inductos vel consideratos de iure Ciuili: præsuppositum probo, quia bonorũ morum ratio constat, ne paciscatur de futura successione, ne detur materia captadẽ mortis, vt l. si. C. de pact. sed cõtraria est ratio, quãdo renũciatur successioni, & fit pactũ de nõ succedendo: nã tunc tollitur occasio captandæ mortis, igitur nõ dicitur esse cõtra bonos mores. & ita Bar. immemor sui tenet

net in l. si. de pact. 2. col. & Bal. eum secutus, & idē Bar. in l. si quis pro eo, de fideiuss. fina. col. & idē tenuit Bald. conf. 427. 1. vol. incipit, *Quādam puella fuit dotata, 1. & 2. col. quem referunt & sequuntur Raph. Cuma. 1. stipulatio hoc modo concepta, & Raph. Fulgos. in d. l. si. & Moderni Papienses late licet in alio proposito in l. stipulatio. 5. col. & ibi etiam Bart. Aliās enim esset impossibile firmari iuramento, dum datur occasio captandæ mortis alienæ, quia tale iuramētum pareret materiam peccandi, & ita solvunt prædicti Doctores, & benè.*

Item dato, quod esset verum, quod in d. c. quamuis, pactum loqueretur de pacto futuræ successionis, tale iuramentum non est contra bonos mores. Ratio, quia tale pactum, quando fit cum eo, de cuius successione agitur, non est contra bonos mores. Nam cum ipse consentiat, non est suspicio captandæ mortis. Creditur enim, quod aliās non devenisset ad paciscendum, & ita probatur in d. l. fin. & ibi Bald. hoc declarat in princip. vbi per illum text. dicit, quod tunc non suspicatur de voto captandæ mortis. Igitur benè ego infero, licet contrarium videatur sentire Bar. in d. l. fin. quod tex. in c. quamuis pactum, habeat locum etiam in pacto de succedendo, quia factum fuit cum patre, de cuius successione agebatur.

† Patet igitur non differre ius Canonicum à Ciuili, licet aliter communiter teneatur. Item ex hoc primò infero, quod malè dicit Bart. in d. l. pactum, in vtraque lectura, quod idè non valet pactum etiam iuratum, de quo in d. l. pactum quod dotali, quia est contra bonos mores, sed hoc falsum est, quia constat roborari iuramento, vt in c. quamuis. 319

Item in illo casu nulla est turpitude, vt in l. fin. inf. de pact. vnde non est cōtra bonos mores, sed credo Bart. id dixisse opponendo, & non firmiter assuerādo, aliās non rectè dixisset, & contra seipsum, vt in d. l. si quis pro eo. & in l. fin. vbi probatur non esse contra bonos

320 *mores, cùm pactum fit cum ipso patre.*

† Ex his etiam noto, quod non rectè dicit Rimin. subtilis modernus Ferrariensis, tale pactum non esse à iure improbatum, quia loquitur contra c. quamuis pactum.

321

† Item inferri potest ad resolutionem eius, quod dicit Bald. in l. pacta quæ contra, in princip. dum dubitat & dicit mirabile esse, quod cùm pater peccet filiam priuando legitima debita iure naturæ, valeat iuramentum de non succedendo. Respondeo primò quòd tale iuramentum non habet in se turpitudinem, & quamuis pater peccaret, in iuramento tamen nulla est turpitudò, quia fit Deo, vt in c. debitores, de iureiur. Nam licitū est ex parte filiæ, quæ debito etiam naturæ potest licitè proprio consensu renunciare, vel aliter etiã potest responderi, quod filium inuito priuare esset peccatum, sed eo volente nullum potest probari peccatū, nisi dolo vel fraude induceretur, vt in d. c. quamuis. ¶ Nam licet legitima sibi sit debita iure naturæ, vt in c. ius naturale. i. di. & l. i. §. ius naturale, de iust. & iur. tamen non debetur inuito, quinimò repudiare vel abstinere potest, vt per totum. C. de repud. hære. & in l. i. §. largius. ff. de success. edict. Igitur patri nullum contingit peccatum.

Item & aliter patri respondetur, quòd legitima debita iure naturæ est terminata à iure ciuili ea consideratione, quod naturaliter filij patri succedere debent, vt in d. c. ius naturale, i. dist. & in l. cùm ratio. ff. de bo. damnat. & in Auth. nouissima. C. de inoff. testa. cum Auth. vnde sumitur. Idèò quarta vel tertia pars in partem naturæ debitam assignatur à iure ciuili. Igitur eo modo in c. quamuis pactum, & in l. pactum. & in l. si quando, §. i. de inoffic. testamen. C. Dòs ipsa vel certa pars constituta potest assignari in locum debiti naturalis, prout à iure ciuili assignatur quarta vel tertia : quia prout lege, ita consensu potest terminari talis pars, cùm consensus, vt dixi, iure inspecto iure naturæ possit dissoluere obligationē, maximè constituta dote, quæ ad alimenta datur, vt in c. salubriter, de vsur. & in l. si cùm dotem.

§. fin

§. *fin* autem in *ſæuiſſimo*. ff. *ſolut. mat. & quarta* vel *tertia* eſt debita reſpectu iuris naturæ, quæ habet conſiderationem ad alendos liberos, & idè *text. in d. l. ſi quando*. §. *i. aliam* aſſignat rationem, quam debitum nature.

† Item quod ipſi dicunt, etiam dubito, an in ſe verum ſit. Nam pactum de futura ſucceſſione eſt cōtra bonos mores naturali cauſa, & non ciuili. Ex eo enim dicitur eſſe contra bonos mores, ne demus votum captandæ mortis in *l. ſin. C. de pact.* & in *l. ex eo. C. de inutil. ſtipulat.* Nam iſta cauſa naturalis eſt, igitur non eſt dicendum contra bonos mores ciuiles, & nō Canonicos, vel naturales id pactum interponi. Nam naturalia non differunt, & ſemper & vbique ſunt eadem, in §. *ſed naturalia*, *Inſtit. eod.* & vt dicebat Cicero in *libr. de legib.* & ego aliàs in *c. i. de pact.* & etiam in ſuperioribus. Rurſus Canones non poſſunt differre à iure naturæ, vt in *c. ſina. 9. diſtinct.* Item ſi conſideratur pactum de ſuccedendo, ex quo tollatur libera teſtandi facultas, etiam eſt contra bonos mores, vt in *l. ſtipulatio* hoc modo concepta, de *verbor. obligat.* Et iſti mores naturales ſunt non ciuiles tantum, † nam libera teſtandi facultas iuris gentium eſt, & prouenit à ratione naturali, vt in *l. i. C. de ſacroſanc. eccleſ. in c. maiores. de baptiſ.* Ea namque facultate ita vtuntur Athenienſes, prout Lacedæmonij, non aliter Indi atque Arabes. Igitur non eſt faciendâ differentia iuris Canonici ad ius Ciuile. Prætereà dicere, quod ſecundum Canones id ſolum eſt contra bonos mores, quod inducit peccatum, eſt quædam doctrina conuerſa, & quodammodò impertinens. Non enim eſt aliquid contra bonos mores, quia peccatum, ſed eſt peccatum, quia ſit contra bonos mores, & imò valuit iuramentum in hiſ caſibus, quia non non ſit contra bonos mores, ex quo ſequitur, quod iuratum eſt non habere in ſe peccatum.

† Si tamen aliquis opponeret bonos mores ciuiles differre à moribus Canonicis, vnde dicebat Pau. de Caſt. in *l. pacta* quæ contra, *C. de pact.* quod regula nō eſt obligatorium

312

323

324

gatorium, de reg. iur. lib. 6. debet intelligi de bonis moribus Canoniciis, secùs de bonis moribus ciuilibus, quod etiam comprobatur ex superioribus, quibus assentire non potuit, & vltra ex donatione inter virum & vorem, quæ prohibita est bonis moribus, vt in l. i. ff. eod. & tamen iuramento confirmatur, etsi Bart. ibi teneat contra, quia Bart. non aduertens intellectum illius regulæ, infert iuramentum non valere, & malè, vt ipse & plures cum eo. Nam melius tenet idem Bart. in l. Scius & Augerius, ff. ad Trebell. & in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. in fin. & ista est communis opinio, prout latè poteris videre numerosa auctorum nomina, quæ à consilijs alle. colligit D. Ias. in l. pacta quæ contra. dico igitur, quod ista donationis inter virum & vxorem ratio non obstat. Nam non probatur, donationem inter virum & vxorem simpliciter esse contra bonos mores, quia nullum in se vitium habet, & imò firmatur iuramento. Nec obstat text. in d. l. i. quia dicitur moribus est receptum, id est, ita in nostra ciuitate vtimur iure isto, vt etiam intelligitur text. in l. more maiorum, & in l. est receptum, eoque iure vtimur, de iurisdic. omni. iud. & in l. moribus, de vulg. & pupill. vbi moribus receptum est, vt pater pro filio impubere testari possit, & in l. more. de acq. hære. ibi more nostræ ciuitatis introductum est, vt pupillus sine tutoris auctoritate obligari nõ possit, quod tamè moribus naturalibus aliter est, quia naturaliter obligatur l. i. de nouat. ff. & in l. fin. ff. de iur. iur. Habes intellectum text. in d. l. i. de donat. int. vir. & vx. & similem interpretationem facit Bal. & Alex. in d. l. moribus, & Ang. & Imol. in l. captatorias, de hæred. insti. & Alex. in l. captatorias. C. de testam. mili. vbi mores intelligunt ciuiles. Ita igitur l. i. de donat. inter vir. & vx. quod ita sentiunt prædicti Doctores, & Do. Ias. in l. pacta quæ contra. Itaque cum de bonis moribus loquimur, l. ipsa, & Canon intelligit de moribus in se bonis scilicet naturalibus, & hoc simpliciter intelligitur per excellentiam, vt in §. singulorum, Instit. de rerum

rerum diuis. Vnde clarè elicitur non differre in his ius Canonicum à Ciuili.

† Subsequenter dubitari potest, an statutum vel lex ciuilis possit annullare iuramentum & prohibere. Et ego simpliciter respondeo tenere, nec prohiberi, nec annullari posse, nisi vt inferius explanabo. Primò per rationem superiorem confirmatam per Panormit. in c. cum contingat, vbi ostendit rationem, quare ex prohibitione iuris ciuilis non impeditur iuramenti obligatio, quia ex iuramento Deo obligatur, & ob id ius ciuile, quod est infimum, circa talem obligationem nò potest disponere, quod si verum est, id etiam verum erit, quod ius ciuile statuere non possit, ne iuramentum valeat, vel ne sit obseruandum, ex eo enim Deo naturaliter quis obligaretur.

Secundò probatur legibus. Profectò negari non potest text. in l. non dubium. C. de legib. quod eo ipso, quod contractus improbetur, nò est de intentione legum admittere iuramentum ad contractus confirmationem, sed si non obseruaretur, non propterea excusaretur periurus, vt in d. c. cum contingat, in verbo, ne tali tamen prætextu viam contingat periurijs aperiri. Igitur lex non potest validè statuere, ne iuramentum obseruetur, & si præciperet, esset nulla tanquam nutritiua peccati, vt in c. fin. de præscript.

Facit etiam text. in l. i. C. si aduers. vend. vbi Imperator dicit se nolle esse auctorem periurij, idè dicit iuramentum obseruandum, ex cuius mente satis constat, quod dum prohiberet, auctor esset periurij. Nec excusare alium à periurio posset, aliàs non esse periurium, nec se accusare eius auctorem.

Verùm si quis respondeat, quod idè dicit se, aliàs periurij auctorem futurum, quia non habet iustam materiam, vel causam ad prohibendū, ne iuretur. Respondeo, quod imò suadebat æquitas naturalis, ex qua minores læsi restituuntur, vt in l. i. de mino. ff. vbi Prætor secutus naturalem æquitatem eos restituit, tamen si iuretur,

retur, dicit Imperator se nolle auctorem perituri exhiberi, quod argumentum est notabile, & ad plura in ista materia.

326

† Facit etiam text. in l. 2. C. de indi. vidui. vbi text. dicit, quod leges vel statuta non dicunt viam periurijs aperire, ne dent occasionē delinquendi, insertur secundum Bald. ibi, quod leges prohibentes, ne iuramentum obseruetur, non habent vigorem legum, quia præbent occasionem delinquendi, & eadem l. 2. in fi. dicit, quod impium videtur per leges, quæ periuria puniunt, viam periurijs aperiri. Igitur cum lex impia tantum legis vocem habeat, & desint substantialia legis, vt in c. erit autem, l. 4. dist. & supra satis. Dicendum est, tales non esse leges, &c.

327

† Præterea iuramentum est quid ecclesiasticum & spirituale, cuius cognitio ad sedem Apostolicam & iudices ecclesiasticos spectat, vt in c. nouit. 2. colum. post med. de iud. & in c. venerabilem. de elect. & not. in c. cū sit generale. de for. compet. sed statuta laicorum super spiritualibus sunt nulla, vt in c. ecclesia S. Marię, de constit. & in c. fin. de reb. eccles. Igitur tale statutum cum sit de re non subiecta imperio laicorum, erit nullum. Hæc sunt, quæ pro ista parte dilucidius quàm alibi adduci possunt, & in hanc sententiam fuit Paul. de Castr. in d. Authenti. sacramenta, penult. colum. & in l. si quis pro eo. de fideiuss. ad eod quod quamuis statutum vel lex ciuilis statueret de iuramento, etiam iusta & rationabili causa, non propterea valeat, quia iuramentum est quid spirituale super quo facultas disponendi deficit, licet contrarium dicat gloss. in l. adigere. §. fin. de iur. patronat. & Bald. in l. 2. C. de indi. vidui. & in d. Authenti. sacramenta, & in l. pactum. C. de Colum. quem etiam sequitur Petrus de Anchayan. in repet. c. Canonum. de constit. versic. quid dices in materia iuramenti, quem etiam sequitur Salice. in d. Authen. sacramenta. in penult. colum. dicens super hoc esse cogitandum. Et idem tenet Cyn. Salic. & Paul. in l. fin. in fin. C.

si con-

si contra ius vel util. public. sed ista opinio ipsius Pauli confirmatur etiam per auctoritatem Hostiens. in c. quanto. de iureiur. & ibi Ioan. de Imol. in tertio membro. Ioan. Andr. & Dom. Abb. in c. tua, el. primo. de deimis, vbi dicunt iuramentum esse quid spirituale. † Et ideo leges omnes editas ab Imperatoribus de iuramentis non seruandis fore nullas, nisi sit iuramentum contra bonos mores, vel nutriat peccatum, de quo satis late vide Alexand. & moderniores in l. fin. qui satisfd. cog. & moderniores Papienses in Authent. sacramenta. penult. colum. qui relatis plurium sententijs satis confuse concludunt cum ipso Paulo. Et idem tenent in d. l. fina. qui satisfd. cog. Quinimò (quod magis est) Dom. Abbas secutus Ioan. Andr. in d. c. tua in fin. 1. colum. tenet quod omnes leges de iuramento disponentes sunt nullæ tam ex dispositione iuris Canonici, quàm etiam ex mente iuris ciuilib, vt in Authen. vt clerici apud prop. episcop. §. si verò. & in c. si duo. & in c. si Imperator, 96. distinct. Itaque generaliter leges in hoc damnantur, quod videtur habere rationem, quia est iuramentum quid spirituale. † Vnde constitutio laicorum vel Imperatoris etiam in fauorem disponere non potest, vt in c. tua. su. all. & in d. c. ecclesia S. Mariæ. & in c. quæ in ecclesiarum. de constit. & ita confirmat hæc ipsa Ias. in d. l. fina. qui satisfd. cog. qui addidit quinque fundamenta.

328

329

Placet mihi conclusio, quòd ius ciuile in casu, quo ex se licitum est iuramentum, non potest præcipere, ne obseruetur, nec dare licentiam, quod si fecerit, non habet vim legis per rationes superiores.

† Sed displicet talis conclusio generalis, quod leges disponentes de iuramento sint nullæ, vt igitur more solito leges ipsas defendere videar. Primò dicendum cenſeo, leges punientes periuria iustas esse, & in hoc habere iurisdictionem, non quod iuramentum non sit spirituale, & quod eius discussio non pertineat ad ec-

330



ad ecclesiam, sed quia qui iuramentum non obseruat, peccat, vt in d. c. quamuis pactum, & in l. i. si aduers. vend. c. & peccato potest apponi poena legibus ipsis, vt in l. i. & 2. de legib. quamuis de peccato discernere pertineat ad summum Pontificem et ex peccato sortiatur iurisdictionem, vt in c. nouit, & in c. venerabilem, sup. alle. Facit text. in c. cum sit generale, de for. compet. vbi sacrilegium vtroque foro punitur, & quamuis illud crimen mixti sit fori, tamen mixti fori ratio in hoc versatur, quod ius ciuile suo sine subditos contra ecclesiam delinquentes instè punit, & ita intelligitur tex. in l. i. c. de ind. viduit. vbi dicitur, quod per leges, quæ periuria puniunt, non debet occasio periuradi præberi. Puniunt igitur & rectè & in hoc non dissentiuunt, sed consentiunt cum iure naturæ, & Canonico, & prout ecclesia potest punire ex spiritali iurisdictione, ita Imperator ad rectum regimen, & finem politicum talia punire potest. † Facit, quod docet Bald. in l. Titia. solut. matr. & in l. 2. de iurisd. omn. iud. quod quamuis vsurarum crimen sit ecclesiasticum, tamen iudex secularis potest iudicare, vsuras esse restituendas, & vsurarios punire. Eadem est sententia Paul. de Leaza. in Clemen. i. de vsur. Archid. in c. quid dicam, 14. q. 4. Abb. et ante eum Ant. & Cardin. in d. c. cum sit generale. de for. compet. Igitur hoc eodem modo possumus dicere de periurio leges ciuiles disponere posse, quod expressè cauetur in c. 23. q. 5. vbi non solùm dicitur posse, sed & debere. Nam ad conseruationem ciuilem necessarium est, vt periuria, homicidia, furta & adulteria compescantur, vt in l. i. in princip. de iustit. & iur. & idè eleganter ibi dicitur, regem debere cohibere, adulteria punire & periuros non sinere viuere & reliqua. idem in c. sunt quidam. cad. 332  
caus. & q. † Ex his etiam patet, quòd leges, quæ præcipiunt obseruari iuramentum, sunt validæ, vt in l. i. & in Authen. sacramenta. C. si aduers. vend. & in l. si quis pro eo. de fideiuss. ff. & in l. vt iusiurandi. de op. liber. ff. in l. si quis maior. C. de transact. cum similibus. Sicut enim  
enim

enim ius Canonicum ad salutem animarum præcipit. obseruare iuramentum, vt in c. si verò. & in c. debitores. & in c. cùm contingat. & per totum titulum, ita Imperator potest præcipere ad conseruationem subditorum, cùm maximè humanæ fidei nihil tam conueniens, quàm obseruatio promissorum, vt in l. i. de pact. ff. & conformat hoc cū lege æterna & naturali, vt in c. & si Christus de iurei. Igitur nihil impedit, quin tales leges valeant.

† Nec obstat text. quem allegat Abb. in §. si verò ecclesiasticum, in Auth. vt clericorum prop. episc. col. 6. vbi dicitur, quod cùm crimen est ecclesiasticum, solus prælatus, & non præses debet cognoscere & animaduertere. Nam ille text. loquitur de delictis commissis ab ipsis clericis, vt etiam sonat titulus & rubrica, secus autem si delictum committatur à laico. Nam & si sit crimen ecclesiasticum, non propterea puniri non poterit à iudice seculari sicut ab episcopo, ita tenet gloss. ibi, & glo. in Authen. de mand. princip. §. nec occasione. colum. 3. vbi ex textu colligitur, quod iudex secularis simul cum ecclesiastico punit talia crimina ecclesiastica & spiritualia à laico commissa, & ita summat Bartol. ibi, quod videtur habere summam rationem. Nam ex eo, quod subiiciatur iurisdictioni ecclesiasticæ, non est æquum, vt eximatur à iurisdictione seculari, ne ex delicto suo commodum reportet, nec fiat præiudicium iurisdictioni seculari, in hoc enim ius versatur, vt subiiciatur seculari, quia laicus & Ecclesiæ, quia delictum ecclesiasticum.

† Facit etiam quod docet Bald. in l. cùm quis. 7. colum. C. de iur. & fact. ignor. vbi ex mente & doctrina Theologorum refert, & quando ius ciuile disponit aliquid secundum legem diuinam & præcipit, dupliciter ex contrario actu peccatur, scilicet ex præcepto diuino & naturali & ex præcepto iusti principis. argumen. l. si cùm dies. §. fin. de arb. & quia duplex funiculus fortius vinculat. Igitur etsi iure Canonico, quod ius diuinum sequitur iuramentum præcipiatur obseruari, si tamen

P

idem

idem iure ciuili in ipsa ciuitate præcipiatur obseruari, tale præceptum sub peccato obligat, & isto modo defende, & intellige totum titulum. ff. & C. de iureiur. & de in litem iurando, & leges loquentes de iuramento calumniæ.

335

† Secundò considera, quod quandoque lex dicit iuramentum de se non valere, non ex hoc introducit iuramenti nullitatem, sed declarat, vt in c. nouit. de appell. vnde dicerem talem legem excusandam, quinimò efficacem. Isto modo intelligo l. fina. ff. qui satisd. cog. vbi iuramentum de comparando declaratur, non debere intelligi in diebus feriatis, quia tales dies non sunt apti ad comparandum, & de his non intelligitur iurasse. Idem in l. fina. C. de non numer. pecun. vbi non obstante iuramento potest excipere de non numerata pecunia, quia non consentit, qui iurauit de non opponendo, si non fuisset solutum, sed iurauit de soluendo credēs sibi pecuniam numerandam, de qua lege publica dixi in repet. l. si vnus. §. pactus. ff. de pa.

336

† Quòd ista sit vera consideratio patet, quia ab eisdem Doctoribus Canonistis & legistis prædicta comprobantur ex dictis legibus, vt Bald. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. & Ioan. de Imol. in c. per tuas. de arb. & Innoc. & Dom. Anto. ibi, vbi hæc iura ab eis ad hoc sæpè citantur, quod iuramentum debet intelligi secundū naturam actus, super quo ponitur, vt in illis legibus, & isto eodem modo intelligitur l. qui iurasset. in princip. ff. de iureiur. vbi qui iurat, iuramentum obseruare debet, pupillus tamen non tenetur, quia sciens fallere non videtur. Illa igitur lex & similes, quæ declarant iuramentum ex defectu consensus non valere, tenendæ sunt tanquàm iustè interpretantes. Eodem modo intelligendæ sunt omnes leges & interpretationes legistarum, cum ipsi declarent iuramentum non valere in pluribus casibus, vt cum deficit consensus.

337

† Ex his infero malè interpretasse ipsum Baldum in l. non dubium. penult. colum. C. de legib. dum de iuramento

ramento loquitur, vbi dicit, quod quandoque legis auctoritate quis non obseruat iuramentum, & tunc est periurus verè, sed fingitur non periurus, vt in casu l. final. qui satisd. cog. & in casu l. fin. ad municip. ita dicebat Bal. & hoc sumpsit ex glo. in d. l. fin.

† Quippe in l. fin. qui satisda. cogant. nec verè est periurus, nec fingitur esse periurus. Ratio est, quia simplex iuramentum, cum sit vinculum veritatis, vt in c. & si Christus, intelligitur iuste. Nam si sisti in iudicio promisi & iuravi, certè in die feriata non teneor sistere, quia iudicio dies non est aptus, & non promisi, nisi secundum quod in iudicio experiri est solitum, nec mens mea refertur ad dies feriatos, & imò rectè dicitur, quod iuramentum sumit interpretatiōnem à lege, quod dupliciter esse potest. Primò quòd lex interpretatur voluntatem iurantis, secundò quod iurans censetur velle secundum ius & vtroque modo potest intelligi textus ille. Et hoc est de mente Bartol. ibi cum allegat similem, c. Quintauallis. de iureiuran. vbi iuramentum simplex interpretatur secundum iustitiam, & idem est in l. si libertus. ff. de op. liber. vbi si quis alterius arbitrio iuramento se committit, intentio committentis ad æquum se refert hominem & arbitrium. Hoc ipsum confirmatur ex c. ad nostram. cl. 2. de iureiur. & ex c. ex parte, & ex c. ad audientiam, de cler. non resident. Vnde non subtiliter summat Domini. Alexan. in d. l. fina. dum dicit, quod non dicitur periurus, qui iuramentum non seruat ex causa à iure permissa. Nam in casu ab eodem Alexand. posito de die feriata non potest dici non obseruare promissa, nisi dicat Alexan. quod promisit sisti in iudicio diebus feriatis, quod est falsum, quia de tempore habili promisit, & non de diebus feriatis, quibus iudicium est nullum, vt in c. t. de ferijs, & hoc non est de mente Bart. vt dixi.

Nec etiam placet secundus casus, quem posuit Alex.

P 2 quod

quod ibi notetur ex text. in iuramento exceptam auctoritatem superioris, quamvis id ipsum notet ibi Bartolus.

Primò, quia si legis ciuilibus auctoritate excusatur à periurio, sequitur, quod venit contra promissa, aliàs enim non possumus dicere excipi. quòd inclusum non erat, vt in c. quoniam frequenter in princip. vt lit. non contest. & dum non consensit, nihil efficit auctoritas, vbi non est iuratum.

339

† Præterea satis dubitatur, an lex ciuilibus vbi consensit, à periurio excusare possit, vt in l. i. C. si aduers. vend. & Authent. sacramenta & patet per superiora, præsertim quòd illa regula, quia dicitur, in iuramento exceptam esse auctoritatem superioris, intelligitur quoad ea, quæ ad ius superioris pertinent. Cùm illi præiudicare non possit, secus quoad alia. Nam tunc maxime ius ciuile non potest absoluere ab obligatione, quæ Deo fit, vt notat Hostiens. in summa. C. quanto. de iureiur. & Panormit. ibi. 3. colum. & idem in c. venientes. cod. titul. vbi text. hoc modo per ipsos intelligitur. Itaque casu ab Alexan. positò non potest adaptari, quòd ipse & Barto. ex eo notat, & dubitari potest, an in se sit verum.

Fateor tamen, quòd lex illa cùm videatur generaliter verbis scripta, potest adaptari ad legis auctoritatem, sed periculosum est, vt lex ciuilibus possit præstare auctoritatem non obseruandi iuramentum, nisi esset eo modo, quo dicebat Hostiens. & Abb. at de l. fin. ad Manic. inferius statim videbimus.

340

† Item cùm materia non est habilis, vt in alienatione rei sacræ vel religiosæ, vt in l. inter stipulantem. §. sacramenta. de verbor. obliga. de quo Bart. in l. si quis pro eo. de fideiuss. in 9. membr. Item cùm iuratur aliquid prohibitum ex fauore publico, vt notatur in l. 2. C. de agri. & cens. lib. 11. & Barto. in d. l. si quis pro eo. 2. memb. Nam tales interpretationes validæ sunt, quia iustæ, & quia conformant cum iure Canonico, vt in c. cùm

cùm contingat, & in c. quemadmodum & in c. clericus. de iureiur. cum simil. & imò Doctores legistæ, qui habent facultatem ius ciuile interpretandi, talia ex legibus interpretari possunt, aliàs secundum Canonitarum intentionem in d. c. tua de decimis, benè sequitur, quod non poterant.

† Item eodem modo intellige l. fin. in princ. ad municip. Imò quod hoc modo intelligi non possit, ego vbi probo. Nam dicitur ibi, quod Imperatores gratiam facere rescripserunt iusiurandi præstiti se ordinem non inter futurum. Ecce igitur, quod Imperator remittit, & gratiam facit iusiurandi.

† Respondeo dupliciter, & nunc excusabis legem illam, quæ dupliciter potest intelligi. Primo modo, quod per salutem Imperatoris & per Imperatorē ipsam fuisset iuratum, vt in l. 2. C. ad l. lul. maiest. & in l. iusiurandi. C. de rebus credit. Si igitur per salutem Principis aut per Principem iuratum est, ab eo iusiurandi gratia fieri potest. Hodiè verò, quia non licet per Principem iurare, vt in Auth. vt non luxur. hom. cont. nat. in medio, & in c. & si Christus de iureiu. hunc intellectum nō tenco, maximè si tacitè opponas, quod cum recta ratione naturæ & iure naturali nō possit iurari, nisi per creatorē, vt in c. & si Christus, quomodo leges, quæ à natura vim habent, quarū fons natura est, vt in princ. huius libri ostendo, poterunt disponere, vt per Imperatorem vel per genium eius iuretur.

† Respondeo, quod quamuis non liceat iurare per creaturam, vt in c. etsi Christus, tamē si iuretur per creaturam respectu creatoris, & dum per eam Creatorem honorare intenditur, tunc licet iurare, & ita interpretatur Iurisconsultus in l. qui per salutem, de iureiur. ff. vbi qui per salutem suam iurat, ver Deum iurare videtur: Nam vt dicit Iureconsultus respectu diuini numinis ita iurat, & ita intellige l. non erit. in princ. eo. tit. & c. quotiens cordis. l. q. 7. & ibi notatur & idem sentit Paucor. in c. & si Christus. l. col. suprà all.

† Vel aliter, & securius, & melius, & hunc teneo intellectum, quod in d. l. fin. ad municip. Imperator non facit gratiam iuramenti, quasi ipse possit absoluerè à iuramento, tanquàm habens iurisdictionem super iuramento, sed tanquàm pars & nomine partis. Nam Reip. iuratum est, se non interfuturum ordini magistratuum, vnde si postea ab eadem Repub. eligitur duumvir, gratia fit ei iurifurandi, id est, Imperator nomine Reip. absoluit à iuramento, prout dicimus partem absoluerè, vt in c. 1. de iureiu. & in c. 2. de sponsa. vbi notatur & Bart. in l. Labeo. ff. de iureiuran.

Vnde nec teneo intellectum Ioan. Andr. & Abb. in d. c. tua nos. de decim. vbi dicebant legem illam nullius esse momenti, nec alium teneo intellectum, quem ibi dedit Do. Abb. quod lex illa non disponit de iuramento, sed quod periurus admittatur ad dignitatem. Nam ibi non constat eum esse periurum, quia qui iurat se non interfuturum ordini, quamuis postea creetur duumvir, non ex hoc est periurus. Nam alij eum crearunt & elegerunt.

† Præterea cùm periurus sit infamis, vt in l. si quis maior. C. de transact. & infamibus portæ dignitatis aperiri non debeant, vt in c. omnipotens. de accus. & in l. reus. ff. de munc. & hono. sequitur periurum non debere admitti ad dignitatem, cùm maximè ab ea sit remouendus, vt in c. querelam. de iureiu. Vnde videtur, dum legem illam defendere conatur aliam iuris regulam, corrumpere. Sed Dom. Abb. voluit dicere, quod illa lex continet gratiam Cæsaris, quod prima faciliè literis consonat, sed gratia illa, de qua in illa lege, iusta est, quia non facit gratiam periuro, sed ei, qui iuramento astringi videbatur, fit gratia propter publicam utilitatem, ne astringatur, sed quod periuro fiat gratia dignitatis, hoc de se non est iustum, vt in d. c. omnipotens, nisi gratiæ iustitiam alia causa nobis ostenderet.

Sed si tenere velis aliam Canonistarum sententiam, illè tex. etiam ex alio capite stare poterit.

† Quia

† Quia quando eo modo iuratur aliquid, quod excludat & abiciat opus de genere bonorum, vt si iuro, quod non ero episcopus, vel p̄sul, tale iuramentum non obligat, quia sicut non obligat iuramentum ad malum, ita non obligat ad declinandū à bono, & cū dominus cōsulat opera perfectionis, vt notatur in c. ad aures. de ætat. & qual. & hoc est opus perfectionis, vt in c. qui episcopatum. 8. q. 1. maximeque in his ius publicum versatur, vt in c. bonæ, de postu. p̄sula. in l. 1. §. huius studij, de iust. & iur. Proinde iuramentū non obligat, vt in c. si diligenti. de for. compet. & ita dicebat Archidiaconus in c. innocens. & in c. si aliquid. 22. q. 4. & Dom. Abb. in c. si verò, de iureiur. Patet igitur quod iuramentum quod non prærit ordini, non debet obseruari, hoc est, quod dicitur in d. l. fin. quod Imperator. i. lex gratiam facit huiusmodi iuramenti, quod idem est dicere, at si diceret, quod non obligat. facit ratio text. in c. ex parte. de cleric. non resid. Itaque ille text. in suo vigore manet: non obstante prædictorum sententia.

† Eodem modo intelligo l. adigere. §. si. de iure patris. vbi remittit Imperator iusiurandum, quod est præstitum à liberto de nō nubendo. Hoc enim iusiurandū est contra Rempub. in quo nuptias renunciare libertus à patrono impellitur sine aliqua religione vel pietate, & quod sit cōtra Rem p. probatur ex l. 2. C. de ind. viduali. toll. Nam iuramentū vel promissio, in qua impeditur liber consensus ad matrimonium, non valet, nec habet firmitatem, quia contra Rempub. & quia contra bonos mores, vt in l. Titia. de verb. oblig. in princ. vnde iuramentum non obligat, vt in reg. non est obligatorium. de reg. iur. libr. 6. ex quo debemus intelligere l. adigere, quod remittit, id est, remissum interpretatur vel remittit iuramentum scilicet non obligat ciuilitè, cū aliàs iusiurandum inter patronum & libertum habeat ciuilem obligationem, vt in l. vt iusiurandi, de ope. libert. & in l. si quis pro eo, de fideiuss. Nam remissio non debet intelligi ab alia obligatione, quàm



à ciuili, cùm aliam remittere non possit. Vndè malè intelligunt Doctores, qui credunt, quod ita lex remittit iuramentum, prout Apostolus, vt glo. ibi, quam sepius allegat. Nam nec Apostolus remittit tale iuramentum, nec lex remittere potest, sed remissum declarare. At equè malè interpretantur etià Doctores, qui credunt textum illum nullum, quia remittit iuramentum. Nam non remittit obligationem naturalem, vel Canonicam, quia in illo casu illa non oritur, sed remittit ciuilem obligationem, id est, non obligat. Nam dum lex remittit, idem est ac si non obligaret.

348

† Facit ad superiorum confirmationem, quia qui legem tollere non potest, potest eam adiuuare, & idem disponere. Leges enim Canones tollere non possunt, vt in c. fin. 9. distin. tamen leges possunt Canones iuuare & idem disponere. vt in c. i. de noui op. nunc. & in c. 2. de priuil. facit quod tenet Hosti. quum sequitur Ant. in c. fina. de offic. Archip. quod licet legatus non possit tollere ius commune, vt notatur amplissimè in c. statuta. de hæret. libr. 6. tamen iuuare & declarare potest. Nam qui non habet jurisdictionem ad iudicandum, potest declarare inter subditos suos, vt in Clem. 1. de priuil. & notatur in c. si Papa, 40. distin. & in Clemen. 1. de seq. fruct. & poss. in gloss. cecidisse. Licet igitur ius ciuile de iuramento discernere non possit, vt in d. c. venerabilem, poterit tamen declarare inter subditos, cùm maximè talis declaratio conueniat cum iure Canonico, & ei assentiat.

349

† Tertius est casus, in quo ius ciuile iuramentum nullius esse momenti dicit, vt in l. si quis inquilinos, de lega. 1. & in l. iuris gentium. §. generaliter de pact. ff. & licet ex doctrina Io. Andr. & Abb. & Bart. in d. l. omnes populi, tales leges nullæ sint, tamen ego eas labore nostro sustinebo, & primò dici potest, quòd iuramentum est nullius momenti, quia contra bonos mores, vt putà si libera testamenti factio tollatur. Nam si quis iurauit, non reuocare testamentum, tale iuramentum est contra le-

tra leges, quæ liberam denunciant testanti facultatem usque ad mortem. & iuramentum ex quo tollitur libera testandi facultas, est contra bonos mores, ut in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. Sed iuramentum non est obligatorium, dum sit contra bonos mores, ut in reg. non est obligatorium, de reg. iur. lib. 6. Igitur tale iuramentum est nullius momenti, & ita interpretatur Bartol. in d. l. si quis inquilinos, §. fin. & in d. l. stipulatio. Cùm igitur tale iuramentum sit nullius momenti ipso iure naturæ tanquàm sit præstitum contra bonos mores, & idem postea fuit declaratum de iure Canonico, si idem iure Ciuili declaratur, non ex hoc dicitur tale ius Ciuile esse nullum: ita secundum Bart. intellectum poteris excusare textum illum, omisso intellectu veriori ad illum text. de quo inferiùs. In primis ego dubito, quamuis indubitanter aliter video passim teneri: quinimò potiùs teneo, quòd iuramentum de non reuocando testamentum, non est cõtra bonos mores, quod primò ratione, deinde legibus comprobabo. Nam si esset contra bonos mores, induceret peccatum, cùm peccatum nihil sit, nisi quid commissum contra rationem practicam & moralem, ut tenent Theologi, ut si quis renunciat voluntati suæ, & iurat de non reuocando, ex hoc non peccat, nec hoc in se est turpe: patet, quia omninò voluntati suæ potest renunciare, ut in c. si religiosus, de elect. lib. 6. & in c. fin. de test. At si dicas, id esse ad religionis fauorem: quippe nullus fauor efficit, ut quod in se sit improbum, proberetur, ut in c. super eo. & in c. in omnibus, de vsur. Item licitè iure naturæ quis potest omnia bona sua donare, ut in l. eo nobis. C. de episcop. & cleric. & in Authent. ingressi, C. de sacrosanct. eccles. Ista igitur talis donatio irrevocabilis non est contra bonos mores: nec obstat, quòd sit contra leges Ciuiles, de hoc enim non disputamus. Qui ergo iurat non reuocare testamentum, non ex hoc iurat aliquid cõtra bonos mores, nec quia sibi intendat auferre liberam testamenti factionem, sequitur aliquid

peccati. † Item lege etiam videtur hoc probari, qui si fecerit testamentum, & velit, quod possit reuocari, non propterea tale testamentum est contra bonos mores, immò valet, si non reuocetur, vt in l. si mihi & tibi. §. fin. de leg. 1. & in l. si quis, in princip. de leg. 3. & vbi que omnes. Igitur tale testamentum nullam habet turpitudinem, aliàs non valeret illa conditio & clausula derogatoria vltioris voluntatis, vt in l. condiciones, de condit. inst. Videmus enim, quod si ira in testamento dicatur, ne liceat sibi talem voluntatem reuocare, nec alia voluntas contraria valeat, talis clausula adèdò valida est, quod nisi expressè tollatur, illud prius testamentum valebit, & non secundum, vt in d. l. si quis, in princip. Igitur tale iuramentum confirmatorium testamenti, per quod iuratur non reuocare priorem voluntatem, non habet turpitudinem. At si dicas, quod idèdò valet talis clausula derogatoria, quia non censetur velle eam tollere: non tamen quia non possit eam tollere. fateor, vt in eadem l. si quis, in princip. aduerte tamen, quod ex hoc non sequitur, talem clausulam in se turpem vel inuvalidam, immò validam, quia si non reuocatur, valet, & dum reuocatur, non est inuvalida, quia turpis, sed quia non est vltima voluntas, vt in dicta l. si mihi & tibi, in fine. dum enim de alia constat vltiori voluntate, illa prior non est vltima, vt in l. qui duos, de rebus dub. ff. & ob hoc vltima valet, & non prior, quia testamentum est vltima voluntas, in l. 1. ff. eod. Et vt expressè vides l. si quis, in princip. clausulas derogatorias & confirmatorias prioris voluntatis non reprobat vt iniquas, & contra bonos mores confectas, sed quia sibi nemo voluntatis legem imponere potest.

Item considera, quod in similibus pactis duplex esse potest vitium, vnum captandæ mortis, vt in l. fin. C. de pact. & aliud, quod ex eo auferatur libera testandi facultas, vt in l. stipulatio hoc modo concepta, de verbor. obligat. in quo vltimo casu vtrunque vitium concurrat;

currit: ideò non valet stipulatio vel pactum, sed in casu nostro vitium captandę mortis abest, ideò non habet locum ratio tex. in l. fin. & in c. de testandę. & in c. ne captam, de concess. præbend. lib. 6. Item vitium secundum in casu nostro non est contra bonos mores, quia si ego volo mihi auferre ius mutandi testamentum, ex hoc nihil turpe committo, vt superius exposui, quod exemplo tibi ostendo.

Fingas me maritandas virgines hæredes instituisse, vel pauperum hospitale, nec habebam filios, nec agnatos, & apposui iuramentum de non reuocando voluntatem: deinde amicum non probum virum, vel forsitan ditissimum hæredem scripsi, quippe non rectè sentis, qui iuratum contra bonos mores credit primum iuramentum, & tamen vltima valebit voluntas: quia verum est, primum vltimum non fuisse, vt in dicta l. qui duos. & testamentum est voluntas vltima, vt in d. l. i. ex quo sequitur, nec iuramentum addidisse substantiam primę voluntati, nec sustulisse vltimę, vt notatur in c. final. de procurat. libro 6.

† Hęc eadem consideratio nostra expressè, & alio 336  
satis vrgenti argumento comprobatur: nam sicut debet esse libera facultas testandi, eodem modo libera debent esse matrimonia, vt in c. cum locum, cum similib. de sponsal. Et sicut ego non possum stipulari à te penam, vel aliud, nisi me hæredem scripseris, vt in dicta l. stipulatio. eodem modo, nisi matrimonium cum tali scentina contraxeris, immò talis stipulatio æquè vtroque casu est contra bonos mores, vt in l. Titia, ff. de verbor. oblig. Igitur ex superioribus constat, eandem esse rationem in vtroque casu: quod etiam approbatur ex auctoritate Dom. Alexand. in d. l. stipulatio, in princip. 3. colum. vbi eadem ratione infert ex vno casu ad alium. Hoc igitur præsupposito, arguo satis vrgenter, quòd eo, quòd sit illicitum stipulari à te, nisi me hæredem scripseris, non sit licitum iurare

iurare, ne testamentum reuocetur, nec tale iuramentum est contra bonos mores : quia ego possum iurare non contrauenire sponsalibus, vt in c. sicut ex literis, de sponsalib. cum similib. & tale iuramentum est licitum : & tamen si promitto decem, nisi contraxero, talis promissio, quia impedit libertatem matrimonij, est illicita, vt in c. gemma, de spons. & in d. l. Titia. Igitur ex illicita stipulatione, ex qua impeditur libertas, non potest iuramentum illicitum iudicari, vnde in hoc videntur Doctores esse decepti.

Verum si quis subtili ratione discernat sponsum ad contrahendum matrimonium teneri ex sponsione, & idè iuramentum valere de non reuocando sponsalia : in testamento verò nullam inesse testamentis obligationem, & omnia pendere à testamentis voluntate, idè non valere iuramentum.

352

† Respondeo, quòd etiam in sponsalibus nulla subest necessitas præcisa, immò non obstante obligatione sponsaliorum requiritur omnimoda libertas matrimonij, adèd quod si sponsam accipere vi vel metu compelleretur, esset nullum matrimonium, vt est casus certè singularis in c. requisisti, de sponsal. quem ponderat Dom. Abb. ibidem. & facit c. gemma. & quod ibi notat Dom. Abb. Cùm igitur eodem modo in sponso requiratur libera voluntas, & tamen valet iuramentum de non reuocando, eadem ratione in testamento valebit iuramentum de non reuocando talem voluntatem. Nam colligitur in his, in quibus requiritur libera voluntas, non impediri iuramenti obligationem.

353

† Nec obstat text. in d. l. stipulatio. ex qua Doctores sumunt fundamentum : & aduerte, quia verum est, quòd si ego pacifcor, vel stipulor à te pœnam, nisi me hæredem scripseris, hoc est contra bonos mores. Turpe enim est, vt tu exigas necessitatem testamenti & voluntatis meæ : & in hoc versatur turpitude, & immò non valet stipulatio. & isto modo loquitur lex prædicta, &

tex.

text. in l. ex eo, de inutil. stipul. C. secùs verò est in casu nostro, vbi à seipso mouetur voluntas, & vult esse perpetua, in quo nulla versatur turpitudine. & sic loquuntur iura superiora & rationes. †

† Vnde etiam singulariter extra vulgi opinionem potest inferri, quòd valet iuramentum adiectum stipulationi, vel pacto, per quod aufertur libera testandi facultas, quia licet sit turpis stipulatio, non tamen iuramentum. Ratio subtilis est, quia turpitudine versatur ex parte stipulantis, non ex parte promittentis: vnde cum Deo iuretur, inter iurantem & Deum nulla est turpitudine, & immò iuramentum est obseruandum, vt dicimus in vsuris, in c. debitores, de iureiuran. secundum verum intellectum Hostiens. & Abb. ibi. & Bald. in l. non dubium, ferè ad finem. C. de legibus. quòd est hucusque incognitum, si verum esset, & quidem videtur habere speciem veritatis.

354

† Hinc etiam infero, quòd valebit statutum, vt mulier possit facere testamentum sine consensu consanguineorum, vel mariti: nam si ex alia ratione valet, ex eo, quòd sit contra bonos mores, non potest improbari. Hic enim cessat ratio, ex qua censetur iniqua stipulatio, quòd est contra Paul. de Cast. in l. ex facto, in princip. ff. d. e vulg. & pupill. & Alexan. ibi. de quo vide magnam disputationem Iasonis. Item in superiori questione credo, quòd iurans non reuocare testamentum, est periurus, licet Bart. teneat contra in l. stipulatio, in princip. quia non obseruat iuramentum, quòd obseruare poterat. Nec est verum esse nullum, vt Bartol. credit in d. l. stipulatio. & in l. si quis inquilinos, de leg. 1. §. final. quin immò à principio dici potest iurando peccare, quia forsàn non turpe, sed inane iurat, & quòd reuocare potest, sed hoc nihil videtur ad instar eius, qui iurat sponsalia de futuro, de quo est alibi disputandum.

355

† At cum Dom. Ioan. And. in regul. quòd semel, de reg. iur. tenet eum esse periurum, qui non reuocare iurauit.

356

ratit. Idem tenet ibi Dyn. & eum secutus Ioan. de Imō.  
& plures alij, quos accumulatur Alexand. in l. stipulatio.  
suprà alleg. 2. colum. vers. secundò non obstat. qui iti-  
dem confirmat.

Respondent tamen ad fundamentum Bart. qui te-  
nebat contra in l. si quis inquilinos. sup. alleg. & in l. str-  
pulatione. quòd tale iuramentum est contra bonos mo-  
res inductos artificio legis Ciuili: secùs si fuisset contra  
bonos mores naturales. ita ipsi: quod probant argum.  
c. cum contingat. cum similib.

Profectò tali sententiæ quoad l. stipulatio ista. as-  
sentire non possum: nam verum est, quòd iuramen-  
tum non est contra bonos mores, vt suprà ego ostendi,  
tamen stipulationem illam pœnalem non esse con-  
tra bonos mores naturales, non rectè intelligunt,  
quod ita probatur. Video enim, quòd cum in iure  
bonũ & æquũ dicimus, id de bono vniuerso in iure &  
æquo debet intelligi: ratio, quia ius est bonum & æ-  
quum, vt in l. 1. de iustit. & iur. ff. Quod igitur in se  
bonum est, id iustum est apud Aethiopes & Scythas,  
vel etiam apud Indos: ratio, quia id bonum est iu-  
ris vniuersi, & naturalis, vt in l. 1. suprà alleg. & in l. pe-  
nult. eod. tit. & in c. ius naturale. i. distinct. Ab isto ita-  
que bono vtili differt bonum ciuile: boni igitur mo-  
res apud omnes rationales constant, ciuiles verò apud  
ciues: vnde boni mores dicuntur à iure vniuerso, ciui-  
les verò à iure Ciuili.

357

† Et dum de bonis moribus loquimur, de natura-  
libus intelligimus: & dum de moribus ciuitatis, de ci-  
uilibus, vt in l. moribus, de vulg. & pupill. & in l. more;  
de act. hæred. cum similib. Quod vltra probatur per o-  
mnes leges de bonis moribus loquentes, vt in l. pacta. C.  
de pact. vbi ius Ciuile à bonis moribus, vt ius distin-  
ctum ponitur, & tamen mores ciuiles sunt ius Ciuile, vt  
in §. scriptum, de iur. nat. gent. & ciuil. Idem in l. iurif-  
gentium. §. generaliter, de pact. & in d. l. si quis inquil-  
nos. §. fin. vbi satis euidenter hoc sentit Iureconsultus  
in his

**In his verbis** : Si quis scripserit testamento fieri, quod contra ius est, vel bonos mores, non valet, veluti si quis scripserit contra legem aliquid, vel contra dictum prætoris, vel etiam turpe aliquid, ita text. Ecce, quod contra bonos mores intelligit, quod turpe est in se est, nec dicitur contra bonos mores, etiamsi sit contradictum, quod æquitate semper fundatur.

Nec obstat ratio text. in §. sed quoties, Instit. de iure nat. gent. & ciuili, quia eadem ratio vrget : nam appellatione bonorum morum potius naturales intelligi debent, vt in §. singulorum, de rer. diuis. Inst. & idè intellige tex. illum, prout nuper cum pulchrè exposui.

† Dico ergò verius intelligendo, quod ibi iudicatur talem stipulationem esse contra bonos mores naturales, quod etiam duplici suadeo argumèto. Primò per tex. in d. l. Titia. vbi dicitur contra bonos mores, vt impediatur matrimonij libertas, cum libera debeant esse matrimonia : quare id inhonestū visum est : ecce quod idè contra bonos mores iudicatur, quia est inhonestum, quæ honestas ad mores naturæ refertur. Honestè enim viuere est principium vniuersi iuris, vt in l. iustitia, de iustit. & iur. & ego sæpius ostendi superius: nam libera esse matrimonia, & libera testandi facultas à iure naturæ competit, etsi quidam legulei aliter sentiant, quod ostendo in l. i. §. ius naturale, infra eod. item suadetur. Nam idem & ex eadem ratione improbū iudicatur, in c. gemma, de spons. vbi ius Canonicum expressè discernat stipulationem, ex qua impeditur libertas matrimonij, quæ libera debeant esse matrimonia improbandū, quæ improbatione refertur ad leges ciuiles, prout in c. quamuis pactum. & in c. licet mulieres. & in c. cum cōringat. sed de se iudicantur improbanda, & idè ex ea nullo modo teneri. Vnde etsi secundum Doctores iuramentum in casu l. stipulatio hoc modo concepta. & in casu l. Titia. & in c. gemma. valeat, tamen secundum superiora non valet, quia contra bonos mores naturales, & sic rectè videtur Bart. intellexisse.

† Sed



† Sed forsan nec rectè Bartol. cùm talis turpitudò & mali mores consistant ex parte stipulantis tantùm, vt in c. debitores, de iure, & superiùs exaravi, ex quo daretur mirabilis intellectus & declaratio ad text. in reg. non est obligatorium, de reg. iur. lib. 6. vt intelligatur, quando iuramentum ex parte iurantis, & ex parte recipientis est contra bonos mores: secùs si ex parte recipientis tantùm, quia tunc inter iurantem & Deum, per quem iuratur, nulla est turpitudò.

Quinimò vt attentius intelligamus, rectè dici potest, quòd dum est turpitudò ex parte tantùm eius, qui recipit iuramentum, non dicitur iuramentum esse prestitum contra bonos mores: vtputà, iuravi vsuras solvere: ratio, quia iuramentum nullam turpitudinem continet. Hæc vt subtilia, & vera menti conscribas.

Ex his collige, quòd non rectè sentit gloss. in reg. non est obligatorium, de reg. iur. lib. 6. vbi dicit, quòd id quod dicitur, quòd illa regula, qua traditur, iuramentum esse seruandum, nisi vergat ad interitum salutis æternæ, vt in c. si verò, de iure iuran. non est vsquequaque vera, quia non habet locum, quando iuramentum est contra bonos mores præsertim, vt in reg. non est obligatorium. Idem tenet Dom. Abb. in d. c. si verò, 1. not. & in 4. col. versic. non habes. Hæc certè non videntur sapere iuris discretionè, quasi id quod fit contra bonos mores, non sit peccatum.

† Et vt sciamus, qui sint boni mores, scire debes, bonos mores esse, qui congruunt rationi naturali, mali verò, qui à ratione dissentiant. Quod idem Doctores planè videntur fateri, quia bonos mores intelligunt naturales, vt Abb. ibi fatetur & probatur in d. l. si quis inquilinos, §. fin. de legat. 1. quem allegat gloss. prædicta, quod ego suprà latius ostendi. At mos est consuetudo, vt in c. tuos. 1. distinct. & consuetudo est ius, vt in l. de quibus, ff. de leg. in c. consuetudo. 1. distinct. Ergo boni mores naturales sunt iuris naturalis. Et ideo dicitur bonos

nos mores esse, qui congruunt rationi naturæ: & ita intelligunt quod dicit Apostol. Rom. 2. Gentes, quæ legem non habent, naturaliter, quæ legis sunt, faciunt. Vnde moralia dicimus ea, quæ ad bonos mores pertinent, & quia humani mores dicuntur, ratione esse regendos: nam ratio est primum principium humanorum actuum, quæ bonum sequimur, ut in prin. huius operis ostendo. Illi igitur mores dicuntur boni, qui rationi congruunt: ita dicunt Theologi, ut S. Doctor 1. 2. quæst. 100. art. 1. Cum igitur boni mores sunt secundum naturæ rationem, necesse est, ut iuramentum, quod contra bonos mores fit, habeat peccatum, quod sit contra rationem.

† Nam peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem æternam, ut dicit August. 22. contra Faustum. Vnde dicunt Theologi, quod peccatum quodcumque deuiat ab ordine debiti finis contra regulam naturæ rationis, vel legis æternæ, ut S. Doctor 2. 2. quæst. 162. art. 1. & 198. art. 4. & 1. 2. quæst. 21. art. 1. & alibi sæpè. Quod etiam confirmatur ex c. fin. de consuet. nam quodcumque contra ius naturale fit, inducit periculum salutis æternæ: & idè iuramentum, quod fit contra bonos mores naturales, periculum inducit salutis æternæ. Vnde conformat regul. c. si verò, de iur. iuran. & regul. non est obligatorium, de regul. iur. quamuis gloss. Ioan. And. & Dom. Panormit. aliter docuerint. Cogita.

361

Reducendo igitur rationem ad gyrum Barto. non rectè interpretatur text. in l. si quis inquilinos, §. fin. vbi dum iuratur, ne testamentum reuocetur, dicitur esse contra bonos mores. Præterea etsi verum esset, quod esset contra bonos mores, tamen text. ille dicit, quod omne iuramentum contra vim legis & eius auctoritatem, est nullius momenti: quem textum dupliciter intelligo, & primò præsuppono, quod iuramentum ex ciuili causa non potest esse contra ius Ciuile, quia ex ciuili causa non potest prohiberi, ut su-

Q præ

prà satis latè ostensum est per text. in c. cùm contingat. & ibi Abb. & in c. quamuis pactum, de pact. lib. 6. Cùm igitur prohiberi non possit, nec prohibetur, vt superiùs exaratum est, quia ius Ciuile non se intromittit in his, in quibus efficere non potest. Constat itaque, quòd si iuramentum sit super aliquo ciuilitè prohibito, nihilominùs valet iuramentum, nec ex hoc censetur nullum, vel à iure Ciuili reprobatur. Sed quandoque à iure Ciuili reprobatur iuramentum, vel quia turpe, vel quia de re impossibili vel inhonestà, vel contra bonos mores. Dicitur igitur, quòd si tale iuramentum contra vim & auctoritatem legum fuerit inferum in ipso testamento, nullius erit momenti. Et secundùm hoc etiam si dicat lex illa nullius esse momenti, non ex hoc malè dicit, quia intelligit nullius esse momenti, ex eo, quia est nullum etiam ipsa natura, à qua constat omnis vis legum, vt dicebam in principio huius operis.

Cùm igitur talia iuramenta sint contra vim legum & contra auctoritatem earum, quia ex eisdem prohibentur, & prohiberi possunt, idè nullius sunt momenti, id est, nec naturaliter valent, nec ciuilitè, ita intelligi potest tex. ille, vt eum defendas.

Vel aliter, si, vt vulgò traditur, velis intelligere, quòd quando actus est prohibitus de iure Ciuili, sit etià prohibitum iuramentum, quod ego non teneo: ita potest interpretari, quòd iuramentum contra vim, id est, sensum legum & eius rationem, vt in l. scire leges. ff. de legib. vel contra auctoritatem earum, scilicet quando iuratur aliquid, quod iure reprobatur, nullius est momenti, scilicet ciuilitè. Itaque ex tali iuramento nulla ciuilis obligatio vel exceptio oritur, qui cùm sit contra vim & auctoritatem legum, non assumit vim nec legum auctoritatem, ex quo fit, vt remaneat nullius momenti. quoad leges & auctoritatem iuris Ciuilis.

Nec ex hoc credas naturalem obligationem, vel canonicam tolli, cùm neutra earum tolli possit, vt in d. c. cùm contingat. & in c. licet mulieres. eod. tit. lib. 6. de  
momenti

momento igitur civili id intelligas, nec ex hoc teneberis: nam similis est necessaria expositio in §. si quis alij: Inst. de inutil. stipul. vbi ex stipulatione alteri facta oritur obligatio naturalis, tamen dicitur nihil agere; & nullius esse momenti, vt etiam in l. i. §. si quis seruum; de stipul. seruor. dixi & declarauit late in l. i. de pact. super gloss. & isto modo posset etiam intelligi l. non dubium. quod non satis placet.

Nec placet intellectus Bald. & Salic. & Ias. in Auth. sacramenta pub. vbi ipse plura antepenul. col. in fin. & inter alia dicunt, quod tex. in d. §. fin. nihil obstat, quia ibi iuramentum est præstitum contra publicam vtilitatem, sed hoc nihil est, quia tex. generaliter loquitur, & nostræ defensiones sunt generales, vt quod scribitur, vt scriptum non est, defendatur.

† Ad l. iure gentium, in §. generaliter. vbi dicitur, quod vbi pactum à iure remotum est, seruari hoc non oportet, nec iuramentum super hoc præstitum, seruandum, gloss. duplicem præstat intellectum remotum, id est, contrarium, vel remotum à iure communi singulorum priuatè principaliter, secundario ad Rempublicam pertinente, vt quod homines sunt diuites, vt in §. expedit, de his qui sui sunt vel alien. iur. Attende, quod etiam gloss. ius commune præsupponat ius Ciuile, tamen in eodem iure Ciuili ius commune non sumitur pro iure Ciuili, sed sumitur pro iure genūri, quod est commune omnibus gētibus, vt in l. omnes populi, de iust. & iur. & in l. ius Ciuile la. i. ff. cod. ibi. Itaque cum aliquid addimus vel detrahimus iure communi, ius propriū, id est, ciuile efficitur. Idem & clarè probatur in §. quod verò. Inst. de iure nat. gent. & ciuil. Nam ius Ciuile à quolibet ciuitate dicitur, ius verò gentium est commune, id est, omnium gentium. Si igitur iuramentum est remotum à iure gentium, id est, à ratione naturali, vt in §. quod verò. sup. alleg. & in §. singulorum, Inst. de rer. diuis. sequitur iuramentum etiam non seruandum: nam Prætor ad seruanda pacta naturali æquitate fungitur,

Q 2 vt in

vt in l. i. in princip. ff. eod. sed dum à iure gentium sunt remota, non possunt habere æquitatem naturalem: & ideo nec pactum, nec iuramentum debet obseruari, quia & pactum & iuramentum obseruandum iuris gentium fundamento præcipitur. Item hoc idem probatur in text. dum dicitur, quòd dum pacisci non licet, nec stipulatio non valebit. Nam verbum, licet, refertur ad æquitatem, vt in c. magnæ, de voto. vnde iuramentum si est contra æquitatem naturalem non est obseruandum: & hoc dicit textus ille.

363 † Vel potest etiam intelligi, quòd si iuramentum non est remotum à iure communi, id est, à iure introducto ad communem vtilitatem & publicam, tunc non est seruandum, quia iuri publico non potest etiam iuramento renunciari, vt in c. si diligenti, de foro compe. Et hoc est quod dicit, quòd si pactum à iure communi remotum est, si pacto renunciatur iuri publico, vel aliquid deuictur à iure publico, nec pactum nec iuramentum valet. Et hoc forsan voluit dicere gloss. quæ corruptè est impressa, scilicet quòd ius esset commune, & nõ singulorum vtilitatem principaliter intendens, & satis placere potest talis intellectus, qui conformat etiam cum iure Canonico & naturali. Iuramentum enim in alterius præiudiciũ non potest obseruari, vt in c. quamuis pactum, de pact. cum simil. aliàs si, vt iacet glos. intelligit, sustineri non potest, & probatur in c. cum contingat. & in Authen. sacramenta. & in c. quamuis pactum. & ibi not.

Sed Paul. de Cast. & Dom. Iaf. in §. si pariter, in eadem l. dicebant, quòd textus ille hodie non videbatur, quod posset procedere. Primò, quia de iure Canonico omne iuramentum, quod potest obseruari sine interitu salutis æternæ, est seruandum, vt in d. c. cum contingat. Item quia cum iuramentum sit res spiritualis, leges se intromittere non possunt. Hæc ipsi se ad materiam remittens.

364 † Sed vtraque ratio est fallax: nam iuramentum est

est obseruandum, si non vergat in interitum salutis æternæ, tamen si vergat in alterius detrimentum principaliter, tum non valet, vt in d. c. quamuis pactum. & ideo si iuretur contra ius ad vtilitatem publicam principaliter introductum, non valet, vt in d. c. si diligenti. Item ex eo, quòd iurameneum sit res spiritualis, ius Ciuile non amittit potestatem suam subditos compellendi ad obseruanda iuramenta, quia in hoc iuuat ius Canonicum, & iuri naturali seruit atque adstipulatur, nec ex eo, quòd apud subditos declarat iuramentum non tenere eo casu, quo etiam iure Canonico non tenet, dicetur talis declaratio nulla, vt not. in d. Clement. 1. de sequestr. fruct. & poss. in verbo, cecidisse, & supra latè. Cùm igitur pacta, maximè iurata, sint seruanda de iure Ciuili, vt in Authent. sacramenta, C. si aduers. vend. & in l. 1. eodem tit. & in l. si quis maior, C. de transact. declaratur pacta etiam iurata, quæ non habeant fundamentum iuris naturæ, vel sunt contra ius publicum, non esse seruanda, scilicet, secundùm leges & forum Ciuile; facit optimè textus in c. 2. de spons. impub. & in c. fin. de secund. nupt. vbi etiam in materia spirituali non solùm sequimur regulas iuris Ciuilis, sed commendatur legum intentio, quæ in hoc profequitur ac imitatur ius Canonicum.

† Vnde ex his elicitur, quòd non est vera sententia Bald. in d. Authent. sacramenta. quòd si statutum vel lex Ciuilis habet in se æquitatem & rationem naturalem, possit annullare & remittere iuramētum: & idem tenuit Pet. de Anchar. in repet. c. Canonum, de constit. versic. quid dicis. in materia iuramenti. & Bald. in d. l. 2. de ind. vid. in l. non dubium, C. de leg. & in l. pactum. de col. & vbiq. qui tamen communiter reprehenditur, scilicet à Paul. in Authen. sacramenta. & in l. si quis pro eo, de fideiuss. ab Alex. in l. fin. qui satisfda. cog. & à Ias. in Auth. sacramenta, penult. col. à Canonistis in c. tua, de decimis. Et hoc ratione videtur constare, quia et si tale statutum habeat rationem, deficit tamen au-

365

toritas causæ efficientis, qua deficiente nihil agi potest. Et hoc est quod dicitur, iuramentum esse quid spirituale, & spectans ad iurisdictionem Ecclesiasticam, vt in c. nouit. de iudic.

366

† Hanc eandem sententiam confirmo contra ipsum Bald. & Anchar. Certum est, quod edictum de minoribus restituendis, est introductum naturali æquitate, ne ex imbecillitate ætatis decepti remaneant, vt in l. 1. ff. de minorib. sed dicit text. in l. 1. C. si aduers. vendi. quod venditio facta à minore, si sit iuramento firmata, non habet restitutionem: & hoc dicit Imperator, ne sit auctor periurij in l. igitur. etiamsi in lege illa causa & æquitate naturali disponderet Imperator, vt contra iuramentum restitueretur, sequeretur periurium committi ex restitutione.

Sed dubium exoritur ex tali ratione: Certum est, quod iuramentum non est vinculum iniquitatis, vt in c. quanto, cum similib. de iuretur. sed quæ à minore facta sunt, rata non debent haberi, quando est lesus, & hoc secundum æquitatem naturalem, vt in d. l. 1. in prin. de minor. & ibi Bartol. Igitur nec iuramentum contra æquitatem habet obseruari, ne sit iniquitatis vinculum: nec talis æquitas est iuris Ciuilis, sed naturalis, vt ibi docet Iureconsul. cuius æquitatis contrarium est iniquum, vt in princip. Insti. de except. & in §. 1. Insti. de replicat. & in l. 1. de dol. except. ff. Hæc est noua oppositio non resoluta: & in simili casu dicebat Bald. in l. pactum, de collatio. quod mirandum erat, quod iuramentum contra ius naturale, filiam obligaret ad non succedendum, vt in c. quamuis pactum, de pact. libro 6.

Ego cuiuscunque iuris principia & causas semper pensandas censui, ex hoc enim iustitia, iu quo versetur, facile cognoscitur. Edictum igitur de minoribus, prouidet minoribus læsis, quia censet eos deceptos, sed deceptis subuenire naturaliter æquum est; vt in l. 1. de dol. except. vnde sequitur, in edicto de

mino-

minoribus restituendis, naturalem versari æquitatem.

† Verùm si perpensiùs cogitamus, illud tale edictum procedit iuris præsumptione, quæ præsupponit, 367  
 minorem læsum deceptum esse: nam in veritate non sequitur necessariò, minor est læsus, igitur deceptus, quod à re ipsa constat. Finge te cum minore contraxisse, cumq; in aliquo læsum, non tamen dolo tuo, quod esse potest, te scilicet bona fide cum eo contrahente: igitur hic nullus dolus, quia dolus bona fide contrahi non potest, ut in l. bona fides. ff. pro socio. apparet ex hoc, quod aliquando minor restituitur sine deceptione, & sic sine naturalis æquitatis fundamēto. Naturalis enim æquitas nō procedit ex præsumptione, cum naturæ sint vera & cognita, quæ in rerum natura sunt, ut in l. cum quidam. §. quod suum, de acq. hæred. & ibi Bart. & in l. ventre. & ibi Bart. de ac. hære. notatur in §. conditiones. Inst. de verb. obl. & in l. cum ad præsens, si cer. per.

† At cum ex iuramento quis Deo obligetur, ut in c. 368  
 & si Christus, de iureiur. in c. debitores, eod. tit. Et Deus non solum non ignoret, quæ cognita sunt in natura, sed & futura agnoscat, ubiq; enim & omnibus, & semper ipse est præsens, ut notatur in d. §. conditiones. & in c. i. de eo qui mittitur in poss. causa rei seruandæ. & in l. properandum. C. de iud. Et hæc est ratio, quare edictum de minoribus non habet locum in iuramento, quia per iuramentum Deo quæritur obligatio.

† Dum igitur probetur decepto, cui ratione & æquitati naturali est subueniendum, tunc dabitur doli exceptio, vel ex dolo restituetur minor, non obstante iuramento, quia iuramentum non est vinculum iniquitatis. Ex his habes veram solutionem ad argumentum, & veram declarationem ad tex. in Auth. sacramenta. & ad edictum, de minoribus. Item ex his resoluo illam profundam difficultatem, de qua per Bartol. in l. si quis pro eo, de fideiuss.

† An postquam minor adimpleuit iuramentum, 370

Q-4

est



est restituendus; de qua etiam Bald. & Imol. in l. ex hac scriptura, in princip. de condict. indeb. Raphael in d. l. si quis pro eo. Ioan. de Imol. latè in repetit. c. cum contingat. Pet. de Anch. in repet. c. Canonum statuta, in 11. art. princip. Paul. & Alex. & demùm Ias. in d. Auth. sacramenta, per duas colum. Et tu facîle ita resolue, quòd probata deceptione ex perspicuis argumētis, vt in l. dolum, C. de dol. absoluetur etiam à iuramento ante adimplementum, & ita est textus ibi. cum dicit, quòd per vim vel per iustum metum sacramentum factum, nullius est momenti: nam qui metum infert, & de dolo tenetur, l. si cum executione, §. cum qui, quod met. cau. Et hoc idem probatur in l. si ex falsis, C. de transact. & est ex mente Bart. in l. 1. C. si aduers. transact. Sed ex sola lectione non restituitur, sed tenetur efficaciter adimplere obligationem sacramenti. & ita intelligitur tex. in Authen. sacramenta, in verbo, inuiolabiliter, nec credas, quòd eo ipso, quòd sit læsus, probetur dolus, quia ex hoc sequeretur ex læsione non solùm minori, sed maiori dandam esse doli exceptionem, quòd est falsum. An autem, si læsio sit vltra dimidiam, probetur dolus, non est nostræ speculationis, videatur l. 2. de rescind. vend. & in c. cum dilecti, de emp. & vend.

371

† Ex his etiam infertur ad pulcherrimam quæstionem, an valeret statutum, vt iuramentum in contractibus & alienationibus minorum non valeat? Et Cyn. in Authen. sacramenta, C. si aduers. vend. quem referendo Moderni etiam assentiunt, dicebat illam authenticam, quòd disponit iuramentum valere, deduxisse animas plurium ad inferos, quia præbet facilem materiam captandi puberes imbecilles intellectu. & subiungebat Alber. de Rosatis, Fulgos. & Paul. de Cast. quos etiam sequendo idem referunt Moderni, quòd Henricus Imperator Rom. VII. propter multas querelas, quas audierat de ista Auth. decreuerat eam tollere, sed morte præuentus, non potuit. Et idè est statutum Paduæ, Papiæ, & Parmæ, quòd Auth. sacram. pub. nō habeat locum. Hæc ita in præfa-

præfatione illius Authenticæ referuntur à Doctoribus.

Apud me verò ista non videntur accuratè cogitata. Nam cum illa Auth. veram & summam iustitiam contineat ex præcepto iusto & ipsa iustitia, necessariò non possunt animæ deduci ad inferos. Nam quod textus ille rectè & secundum iustitiam disponat, statim videbimus, quod verò ex præcepto iusto non detur materia ad peccandum, vel decipiendum, constat ex l. i. C. de his qui veni. æt. impet. vbi etiam ex concessione Principis non debet oriri materia circumueniendi, vel decipiendi alterum, quanto ergo minus ex dispositione iuris, & ob id dicitur in c. nonnulli. de rescript. quod ex iudicio vel ex iure aditus iniuriæ non debet aperiri, quas iuris obseruantia interdicit, itaque nec iniuria, nec aditus iniuriæ potest dari à iure. Ratio est, quia ius sibi pugnet. Cùm enim deceptiones & iniuriæ interdicanur à iure, & ibi, & in l. i. ff. de dol. ab eodem iure interdicens non debet materia ad eas præstari. Facit id quod vulgò dicitur, quod iniuriæ non debent nasci, nec earum occasio, ynde intra nascuntur, vt in l. meminert. C. vnde vi. in c. qualiter, el. i. de accus. Iniuria quippe contra ius est, ius igitur non potest esse materia ad decipiendū dolo malo, cùm deceptio sit quid iniustum & malum, & idè iniuria, vt in l. i. ff. de injur. & Inst. cod. in prin. & de his latè supra in 17. & 18. illatione principali.

Ex his igitur rectè sequitur, quod Auth. illa non sit materia ad decipiendum, sed per consequens, quod plures non deduxerit ad inferos, licet Cyn. & sequaces ita asserant.

† Verum si quis dicat, quod de facto ita euenit, quod plures videntes prouisionem illius Authenticæ minores decipiunt. Responde, quod illa continet iustitiam, quia necesse est, vt minor seruet iuramentum, nec ex dispositione iuris ciuilibus, quæ inhabilitat minorem ad contrahendum, potest impediri iuramenti obligationem, quæ in Deum tendit, vt in c. debitores. de iureiur. prout nec impeditur obligatio naturalis, vt in l. i. de no-

uat. in

uat. in fin. & in l. cùm illud. §. hæredes. quando dies vsu. leg. cc. cum similibus. Ratio est, quia nec natura, nec Deus ciuitati obediunt, sed sunt supra omnes. Igitur ius ciuile non potest eorum obligationem impedire, & in hoc versatur huius textus iustitia. Id autem quod euenit de facto, ex malitia hominis prouenit, non ex occasione iuris, vt dicitur in c. 1. de summa Trinit. & fide Cathol. quod diabolus, & alij dæmones à Deo creati natura sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali, homo verò diaboli suggestionem peccauit, & reliqua. facit c. & si Christus. de iureiu.

Item quòd Imperator non potuisset id facere. Constat ratione, quia iuramentum est quid ecclesiasticum, vnde non subest eius iurisdictioni, vt in c. nouit. de iudic. & in c. venerabilem. de elect. & ita tenet Abb. in c. cùm tua. el. 1. de decimis. secutus Ioan. And. & de his supra late differui.

373

† Item videmus, quod in spiritualibus dum minor habeat consensum natura & iure Canonico obligatur, vt in c. si annum 14. de iud. lib. 6. in c. indecorum. de eta. & qual. Hostien. & Innocen. in c. accedens de procu. Ergo minoris ætas non est iusta causa ad impediendam obligationem iuramenti. Fateor tamen, quòd si statutum diceret contractum minoris etiam iuratum non valere, rectè defenderetur, quia obligationem contractus impedire potest, quamuis iuramenti non posset. vt sup.

374

† Ex his constat, quòd statuta Parmæ, Papiæ & Paduæ iure non constant, nec Imperator ne Consultore præcepisset, ne tale iuramentum obseruaretur, cùm id foret iniustum, nec ipse fecisse potuit. Vnde consultus edita est lex Hispana in regno Castellæ, quod Notarij non debeant interponere Sacramentum, quia illa interdicat, ne interponatur, non autem ne obseruetur, an autem illa valeat indirecto modo de iuramento disponens non disputo.

375

† Quartus casus est, in quo ius ciuile aliquid potest in materia iuramenti, quod & si præstitum non possit  
vel

vel remittere vel annullare, præstandum, tamen dicitur remittere posse, ita Ioan. de Imol. in c. quamuis pactum. de pact. libr. 6. quem refert & sequitur Dom. ibi in ult. col. vers. sed quæritur, & eundem sequitur Dom. Ias. in d. Authent. sacramenta, penul. col. vers. Sed ego aliter, vbi ita defendit gloss. in l. adigere. §. quamuis per tex. quem ad hoc ponderat in l. quæ sub conditione. §. si quis sub iurandi. de cond. inst. & Moderni prædicti addunt rationem diuersitatis, quia facilius tolluntur concedenda, quàm concessa, arg. l. patre furioso. de his quæ sunt sui, &c.

Placet conclusio, sed in duobus peccatur & quidem pulcher est casus in d. l. quæ sub conditione, vbi dicitur, quòd hæres non tenetur iurare, si sub conditione iuramenti sit institutus, tenetur tamē adimplere id, ad quod iurandum iussus erat. Ex quo colligitur, quòd lex civilis potest quem absoluerè à iuramenti obligatione. Item eodem modo intelligitur text. l. 2. C. de indi. vid. Dom. tamen Ias. subiungit rationem, quia facilius tolluntur concedenda, præsertim nec ratio bona & comparatio non melior, sed rationem veram ego declaro, quia illa conditio adiecta in testamento habet vim & obligationem à testamento, quam quidem conditionem potest ius civile tollere & remittere, quia in hoc cum non sit spirituale, non impeditur civilis iurisdictio, tamen in iuramento iam præstito est factis, cum illud ius civile remittere non possit, cum sit spirituale. Et ita habes verum intellectum & defensionem illius textus. Verùm dum intelligunt gloss. in d. l. adigere, §. fina. scilicet, quod iuramentum præstandum remittere possit, attende, quòd cum textus ille & gloss. loquantur in iuramento præstito, malè interpretantur in præstando, & mala esset comparatio, quod sicut Apostolus potest remittere iuramentum, ita ipsa lex Civilis. Apostolus enim remittit iam præstita & de his tibi loquitur. Nam l. Julia de maritandis ordinibus remittitur iusiurandum, quod liberto oppositum

fitum est, ne vxorem duceret. Iuramentum igitur præstitum opponeretur & ab eo absoluit lex Iulia, & de eo loquitur gloss. dum dicit, nota legem vim Apostoli obtinere.

† Sed contra superiora oppono. Nam non solum de spiritualibus cognoscit Ecclesia, sed de dependentibus & annexis & cōsecutiuis, quia cum matrimonium sit quid spirituale, de sponsalibus ad matrimonium cognoscit, vt per totum titulum de sponsal. Item etiam de exteris promissionibus vt de pœnali stipulatione ad matrimonium facta quam ius Canonicum dicit non esse obseruandam, & ita dicebat Panormita. in c. Gemma, quod super consequentibus & antecedentibus ad matrimonium iudex ecclesiasticus adiri potest, per tex. ibi. Item de dote aditur & cognoscit, vt in c. de prudentia, de donat, inter virum & vxor. in Clc. dispendiosam, de iud. & facit tex in c. tuam. de ord. cog. cum simil.

Respondeo, quod adiri potest iudex ecclesiasticus, non tamen ex hoc legibus est sublata facultas disponendi, ne laici iusta causa iurare compellantur, vt in d. l. si quis sub conditione. Item ne valeat stipulatio pœnalis ad matrimonium, vt in l. Titia. de verbo. oblig. Item ne super dotem valeant valeant leges ciuiles & reliqua, de quibus a libi dicendum est.

† An verò ius Canonicum præcipere possit, ne iuramentum obseruetur, quidem eadem videtur ratio, quæ in iure ciuili. Si enim idè ius ciuile nõ possit, quia ex iuramento Deo quæritur obligatio, quam ius ciuile tollere nõ potest, nec ius Canonicum poterit, quia obligationem Deo quæsitam tollere non potest, vt in c. manet 24. q. 1. & in c. si is qui. 23. q. 3. Item iuramentum est obseruandum iure diuino, vt in c. si Christus. eo. tit. sed ius Canonicum non potest disponere contra ius diuinum, & non esset ius, vt in c. fin. 9. distinct. in c. fin. de consuetud.

Et quod ius Canonicum non possit disponere, vt iuramentum in casu licito non obseruetur, tenet Innoc. in c.

in c. cùm inter. de renuncia. & Archidia. in c. auctoritate. 22. q. 4. vbi gloss. de hoc satis declarat, & Spec. titu. de legato. §. nunc ostendendū. vers. vigesimoquartò. & gloss. melior de iure in c. quanto. de iureiu. & ibi Dom. Abb. optimè. 3. col. & satis apertè probatur in c. si verò. de iureiur. vbi etiam ex iusta causa metus dicit summus Pontifex se nolle esse auctorem periurij. Iusta igitur causa non debet percipi iuramentum non esse seruandum, dum aliàs sit licitum, sed iusta causa absoluitur à iuramento, vt putà quia vi & metu iuratum est. Nam tunc ius Canonicum dat licentiam absoluedi, vt in d. c. si verò. & in c. cùm quidam. cod. titul. & in d. c. auctoritatem.

† Sed in illicito iuramento ita distingue. Aut enim est illicitum ipsa natura, vt iuramentum de occidendo aliquem, vt in c. cum iuramento. de homicid. Item contra bonos mores, vel inhonestum & tunc prout ius naturale ostendit iuramentum, non est obseruandum, ita idem ius naturale ostendit tale iuramentum non esse seruandum, nec demum rebus illicitis assistere, ideò à iure Ciuili & Canonico non annullantur, nec sunt nullata sacramenta, sed declarantur nulla esse ipsa natura, vt in c. quemadmodum. de iureiu. in reg. non est obligatorium. de regu. iur. cum ibi notatis. in l. si quis inquilinos. §. fin. cum similibus. ff. de leg. 1. Aut iuramentum est tale, de cuius licentia dubitetur, itaque subtili quadam ratione necesse est declarare, an valeat, vel non valeat, & eius declaratio pertinet ad Ecclesiam Romanam, vt in c. venerabilem. de elect. Ista igitur declaratio nō potest pertinere ad ius ciuile, vt in d. c. venerabilem. si tamen ius ciuile idem confirmet, quod ius Canonicum, benè valet, siue id fuerit antiquitus dispositum, eo scilicet tempore, quo Iurisconsulti habebāt facultatem iuris interpretandi, & hodie compilatione iuris confirmatum, siue sit dispositum ab Imperatoribus ecclesiam cognoscentibus. Et ita intellige & defende omnes leges loquentes de iuramento. Nam à iure Canonico deuiare  
ego

ego ostendi & si quædeuiant, quomodo intelligantur, vt superius.

379

† Ex his etiam infero, quod malè videtur notare glo. in c. quemadmodum. de iureiu. versic. oculos, quod iuramentum contra leges non valet, sed possumus defendere eam, dum est præstitum contra leges Canonicas, vt in c. si diligenti. de for. competen. & in c. sicut. cl. 2. de iureiur. ita intelligunt Hostiens. & Dom. Abb. ibi post 3. col. versic. secundò glossa. Tu tamen diligentius intelligas, quòd iuramentum ex eo quod sit contra prohibitionem iuris Canonici, vel Ciuilis, non dicitur non valere, nec ex hoc quòd prohibeatur, intenditur, vt non valeat. Prohibetur enim vt non iuretur, non vt non obseruetur iuramentum, vt probatur in c. & si Christus, & suprà satis videbimus.

380

† Sed si lex Canonica vel Ciuilis adedò prohibeat, quòd disponat iuramentum non valere, crederem ita non valere, vt lex ipsa dicit, quia causam debet habere, & dicat iuramentum nullum. Nam quamuis ius Canonicum annullare iuramenti obligationem non possit, iudicare tamen potest, vt in d. c. venerabilem. & idem est de iure ciuili, quando conformat cum iure Canonico, vel causa naturali ostendit iuramentum nullum, vt probatur in d. c. 2. de sponsal. impub. & in c. fina. de secund. nupt.

Nec credas, quod ex eo quod lex Ciuilis vel Canonica prohibeat contractum, velit dicere nullum esse iuramentum, si contractui adiiciatur, vt in d. c. cum contingat. & in c. significante. de pign. Fatendum tamen fortanesset, quòd si prohiberet lex Canonica aliquem contractum, intendit etiam prohibere iuramentum, argumen. l. non dubium, quia qui iurat, contra legis nititur voluntatem, sed non sequitur, quòd ex hoc non sit seruandum iuramentum, vt in c. & si Christus. De lege verò ciuili dubitari potest, an possit prohibere, ne iuretur ex causa ciuili, nisi talis causa esset confirmata à iure Canonico, & ita possunt procedere, quæ superius dixi,

dixi, in quibus diu cogita.

† Item, quod Dom. Abb. subiungit in c. venerabilem, ad fin. 4. colum. secutus Speculat. in d. 5. sed nunc ostendendum. vers. 24. quod non solum summus Pontifex potest declarare an iuramentum sit licitum, vel illicitum, sed etiam Prælati, puta Episcopus, per text. in c. significante. de pign. & idem tenet Dom. Abb. in d. c. quanto. 4. col. in princip. ex c. si verò. eod. tit. Ego etiam intensius declaro, quod si in casibus, in quibus iure scripto & argumentis iuris Canonici potest constare iuramentum esse licitum, potest pertinere ad Episcopum eius declaratio & observantia, vel eius absolutio, & ita loquuntur prædicta capitula. Dum verò dubitatur, an sit licitum vel illicitum, maximè si talis dubitatio est supra ius, tale dubium pertinet ad declarationem summi Pontificis; & patet in eisdem Capitulis, ubi consulitur Romanus Pontifex; qui committit absolutionem Episcopis. Facit, quod dicit Innocentius, quem sequitur Panormita. in c. cum speciali. 2. colum. de appellatio.

† Quod generalis interpretatio legum spectat ad Imperatorem, vel summum Pontificem, ut in l. fina. C. de leg. & in c. inter. de senten. excom. & in c. cum venissent, de iudi. sed specialis ex iure spectat ad iudicem in causis, quæ coram ipso vertuntur, & ita notat Do. Ant. in d. c. cum venissent, & notatur per gloss. in c. iudicent. 3. q. 7. & in c. 1. de postul. prælat. Nec rectè intelligunt (parcam tanti auctores) dum volunt intelligere text. in c. venerabilem. de iuramento inter magnas personas. Nam ibi non distinguitur magnitudo personarum, nec negotij qualitas, sed iurisdictio liciti vel illiciti iuramenti, quod ad summum Pontificem pertinet, argu. l. 1. ff. de iusti. & iur. Fateor tamen, quod si iuramentum est præstitum inter personas solum summo Pontifici subiectas, ut ibi, tunc ad solum summum Pontificem pertinet eius iudicium, & ita loquitur text. ille, & intelligitur dictum Speculatoris.

† Sed



† Sed superioribus considerationibus obstat argumentum ex c. venientes. de iureiur. vbi auctoritas legis Canonicae semper in iuramento intelligitur excepta. Igitur lex Canonica habet auctoritatem super iuramento. Responde, quod id quod dicitur, quod ius superioris est semper exceptum, fateor. Si enim iuratur in materia pertinente ad superiorem, eius auctoritas & obedientia semper excepta erit, nec contra ius ei debitum ego possum iurare, vnde si postea aliud praecipiat, non intelligetur iuratum contra eius praecipium, non tamen ex hoc debes intelligere, quod ius Canonicum in omni iuramento possit disponere, vt in c. si verò & supra ostensum est, & ita interpretatur Hostien. s. in c. quanto. & in d. c. venientes. vlt. not. & in d. c. quanto. 4. col.

Item superioribus defensionibus legum obstat tex. in c. ecclesia S. Mariae, de const. vbi in rebus ecclesiasticis nulla est attributa facultas etiam in fauorem ecclesiarum constituendi. Igitur leges de iuramento disponentes etiam secundum ius Canonicum non valent, item cum iuramentum sit quid spirituale, leges deficiunt in causa efficiente.

† Nam super laicos etiam quoad spiritualia nullam habent iurisdictionem, vt in c. nouit. de iud. & notatur in d. c. i. de const. & ex hoc reddebar dubius, & si velis videre Abb. in d. c. ecclesia S. Mariae post 2. col. versic. extra gloss. oppo. dicit, quod omnes leges ciuiles disponentes super rebus vel personis ecclesiasticis sunt nullae, quia deest iurisdictione, licet valeant aliquaet tanquam priuilegia, si essent priuilegiatiua. vide ibi. Eadem igitur ratio est in iuramento, quod est quid spirituale, vt in c. quanto. de iud. vt dicebant Ioan. Andr. & idem Abb. in c. tua nos. de decimis. Facit quod tenent Doctores in c. i. de noui ope. nunc. quod in spiritualibus, vel concernentibus animam solus Pontifex habet iurisdictionem, & omnes Principes subijciuntur Pontifici, vt in c. si Imperator. 96. dist. & in c. duo. ead. dist. & in c. omnes Principes. de maio. & obediens. Idem Bartol. & reliqui in l. priuile-

privilegia. C. de sacrosanct. eccles.

† Aduerte quod etsi iurisdictio Pontificis sit solius 385  
 circa omnia in spiritualibus & concernentibus ad ani-  
 mam, etiam Imperator de spiritualibus disponere po-  
 test circa subditos suos, non ex spiritualium iurisdicti-  
 one, sed ex iurisdictione, quam secularem habet in sub-  
 ditos, quia ad rectum regimen huius seculi necesse est  
 cohibere seculares & regere conuenienter ad finem sa-  
 lutis æternæ. Ad finem igitur legum in rebus etiam  
 spiritualibus leges subditos ligare possunt, dum non  
 sunt contrariæ Canonibus & iuri diuino, quia à lege  
 Canonica in hoc tacite sunt approbatæ, & ita intelli-  
 gerem, & defend. rem totum titulum de sponsalibus  
 & matrimonijs. ff. & de sacrosanctis ecclesijs & de Epif-  
 copis & Clericis cum similibus, quamuis Dom. Ioan.  
 And. Abb. & moderni aliter videantur tenere, & vide-  
 ti meo, do tibi textum expressum in c. 2. de sponsal. im-  
 pub. vbi quamuis matrimonium sit quid spirituale,  
 vnde lex secularis nihil potest ex causa statuere, vt dice-  
 bat Dom. Abb. in c. fin. de secund. nupt. in fin. tamen  
 ad matrimonium exigitur ætas legibus & Canonibus  
 definitur.

† Et ita ibi notat idem Panormit. 1. not. quod etiam 386  
 in materia matrimoniali possumus recurrere ad leges  
 Canonibus non contrarias, quamuis matrimonium sit  
 quid spirituale, prout iuramentum, cuius cognitio spe-  
 ctat ad solum Romanum Pontificem, cum sit quid spi-  
 rituale, vt in c. cum secundum. de secund. nupt. Hic di-  
 cebat idem summus Pontifex ibidem, quod in illis ma-  
 ximè scilicet spiritualibus, leges non designantur sacros  
 Canones imitari. Vnde constat. quod si imitantur, va-  
 let & approbatur imitatio. Valebunt itaque leges non  
 contrariæ, sed imitantes, & idem probatur in c. 1. de iu-  
 rament. calumniæ. dixi etiam in superioribus.

† Vigefimam primam illationem adaptare decreui. 387  
 ad quæstionem omnibus notam, mihi tamen dubiam,  
 an ea quæ metu fiunt, iure Canonico sint valida, prout

R sunt

sunt valida de iure ciuili? Glof. magift. in c. Abbas, quòd metus causa, & in c. super eo. de renūciatione, & in c. inter cætera. 22. q. 4. & in c. 1. quod met. cauf. lib. 6. & alibi fæpiùs tenent valere mero iure, & ita Innocent. Hostienf. & Abb. & reliqui omnes. Ego verò satis dubito de ista sententia, quæ quamuis hucusque adoleuerit & sit inueterata, radicem sanæ rationis habere non videtur, vt inferiùs ostendam.

Imprimis igitur ratione contendam, deinde iuribus. Videmus enim, quòd tria iura considerari possunt in causa, primum ius naturale, secundum ius ciuile 12. tabularum, tertium ius Prætorium, quod est pars iuris ciuilis, quamuis igitur mero iure Ciuili ea quæ metu fiunt, valeant, vt in l. metum. §. sed quod Prætor. ff. quod met. cauf. tamen æquitate & iure naturali non valent, præbarur, quia eadem æquitate dissoluntur. Quamuis enim iure Ciuili ex stipulatione metu facta oriatur obligatio & actio, tamen ex æquitate naturali, quia non est æquum talem contractum obseruari, datur exceptio, quia elidit ipsam actionem iuris ciuilis vigorosam, vt in l. 1. de dol. except. & in princip. Instit. de except.

388

† Item quamuis iure ciuile, quæ metu fiunt, valent, iure tamen prætorio non valent, quia Prætor æquitatem naturalem securus dicit se ratam non habiturū, vt in l. 1. ff. eod. His igitur vt verissimis præsuppositis habemus concludere, nec iure Canonico valere ea, quæ metu fiunt, quia quādo ius ciuile discedit à regulis naturalibus, potiùs est imitanda & sequenda à iure Canonico æquitas & ratio naturalis, quàm ciuilis, vt in c. quia nos. & in c. cum effes. de test. & in c. 1. 10. dist. in c. Imperatores. & in c. fin. 9. dist.

389 r

† Item ius Canonicum potiùs debet imitari iuris Prætorij æquitatem, quàm rigorem iuris ciuilis. Nam prout Prætor ab æquitate sumit fundamentum, vt in l. quòd si Ephesi. & patet per omnia ferè prætoria edicta, ita ius Canonicum, vt in c. dilecti. de iudic. in c. 1. & in c. stu-

c. studiosè. de pact. in c. sarpè. de rest. spoliat. Cùm igitur æquitate Prætoria ea quæ vi vel metu fiant, non valeant, nec valere dicunt iure Canonico.

Sed in fronte stat argumentum, quia iure Prætorio non sunt nulla, sed valida, quamvis veniant retractanda, & idè dicebat Prætor, ratum non habeo, se referens ad effectum futurum, vt ponderat Hostiens. in summa eod. tit. §. qualiter rescindantur, in princip. ita igitur iure Canonico venient retractanda, valebunt tamen.

† Aduerte ne decipiaris, quod non valent iure Prætorio, sed valent iure ciuili distincto à Prætorio, & ita intellige text. in l. 1. de dol. except. ibi, idè autem hanc exceptionem prætor proposuit, ne cui dolus suus per occasionem iuris ciuilis contra naturalem æquitatem proficit. ita dixit text. Itaque iure prætorio non valent. Nam esset hoc sibi pugnans rationi iuris prætorij, vt rata haberentur, & rata non haberentur, quod etiam in alijs tibi probo & considera, quod in his, quæ non sunt iuris Ciuilis, sed tantùm iuris prætorij, vt sunt bonorum possessiones, vt in l. 1. 2. & 3. de bonorum possess. si quid metu fiat, dicitur nullum esse, nec aliquo modo valet. Finge quod ego agnosco metu bonorum possessionem, certè nulla est agnitio, vt in l. tertia. §. inuito. ff. eod. Ratio est, quia agnitio bonorum possessionis est iuris prætorij, & iure prætorio ea, quæ metu fiunt, rata non habentur, ergo non possunt eodem iure valere, secus tamen est in aditione. Nam aditio hæreditatis cùm sit iuris ciuilis, quamuis metu fiat, dicitur valere, vt in l. si metus, de acquiren. hæredit. & in l. si mulier. §. si metu coactus, quod metus caus. vbi glossa notat hanc differentiam bonorum possessionis & iuris prætorij ad hæreditatem & ad ius ciuile. facit text. de quo inferiùs latius in l. 3. §. si quis autem, de constit. pecunia.

† Rursus & secundò vrget ratio, quia ex rati habitatione alicuius iuris oritur vinculum eiusdem, vt pro-

R a batur

batur ex §. per traditionem. Inst. de rerum diuif. probatur transferri dominium iure naturæ, quia æquitate naturali habetur rata rei traditio. idem patet in l. legitima. ff. de pact. in §. omnium. Instit. de oblig. Sed nec iure naturæ, id est æquitate naturali, nec Prætorio, nec iure Canonico habentur rata, quæ metu fiunt, vt in l. i. quod met. causa. ff. & in c. Abbas, et in c. ad audientiam, eo. tit. Igitur nec iure naturale, nec iure Prætorio, nec Canonico habent robur vel obligationem.

Tertiò cogitabam consideranda omnia Capitula & text. in tit. de his, quæ vi metusve causa fiunt, tam in decretalibus, quam in sexto, & exordium sumendum esset in c. i. eo. tit. vbi votum metu factum iure Canonico est nullum, sed omnes glossæ & Doctores dicunt casum specialem, quod videtur absurdum, vt scilicet à casibus specialibus exordietur titulus, maxime quod ratio specialitatis nec assignatur, nec eam text. assignat, de quo casu inferiùs latius.

392

† Item casus in c. 2. quod incipit Abbas. eod. titul. vbi renunciatione metu militum facta & collato alteri beneficio, dicit legislator restituendum renunciantem, & assignat rationem & regulam generalem, quia quæ metu, & vi fiunt, de iure debent in irritum reuocari, ita text. Hæc est igitur regula Canonica, quam omnes Commentatores exponunt, vt metu facta valida sint iure, veniant tamen reuocanda, & hoc est præcipuum fundamentum. Aduerte tamen, quod non debet intelligi, vt valida sit renunciatio iure Canonico, sed quod veniat reuocanda. Probatum primò, quia est iuris ratio, vt vbicunque spontaneus consensus, vel libera voluntas exigitur, si metus, qui cadat in virum constantem, interueniat, actus est nullus ipso iure, vt probatur ex c. cum locum. de spon. iuncto c. significauit. de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adult. & notat glo. in c. notificasti. 33. quæstio. 5. & Abb. in cap. cum locum. 2. colum. & Dom. Antonius in c. super hoc. de renunciat. Sed constat, quod

quod in renunciatione beneficiorum requiritur, quod spontè fiat, vt ind. cap. super hoc. Igitur renunciatio est nulla, ex quo euidenter sequitur, quod in c. Abbas, renunciatio non erat valida, nec regula, ex qua dicitur non valere renunciationem; probat ipso iure valere.

Præterea si dicitur, quod in irritum, quæ metu fiunt, reuocari debent, sequitur, quod ea ius Canonicum approbare non debet. Nam si valent iure Canonico, ex eo valent, quia ius Canonicum ea approbat, vt in l. legitima. de pact. Sed approbare non debet, imò reuocare. Igitur aut iure Canonico non constant, aut ius Canonicum id facit, quod docet non faciendum contra rationem, l. i. quod quisque iuris. ff. & c. cum omnes. de constit.

† Vnde vt rectius intelligas, dic, quod illa verba, quæ sonant reuocationem eorum, quæ metu facta sunt, non debent referri ad reuocationem iuris, quia iure non valent, sed vt facta metu reuocentur. Nam ille abiurans fuerat beneficio spoliatus, & alteri erat collatum, vnde necesse erat, quæ facta gesta erant, reuocare, & ita intellige illa verba, quorum intellectum dilucidè percipere poteris ex eodem textu, dum eius verba subijcio. Vnde quia quæ metu fiunt, de iure debent in irritum reuocari, mandamus quatenus prædicto abiuranti cum integritate restituas vniuersa. Vides igitur, quod regula illa, qua in irritum debent reuocari, refertur ad restitutionem iniuste ablatorum, non ad ea, quæ iure valent. Nam illa eadem regula, qua reuocanda sunt, quippe valere non possunt. Nam hoc est quid iniustum, vt eadem regula valeant, & reuocanda censeantur, contra l. non tantum. §. si emancipatus. ff. de bonorum possess. contr. tab. & l. legata. de adi. leg. & c. maiores. de baptism. Doctores igitur nostri non rectè adducunt illam regulam ad probandum ea valida esse, cum ex eadem reuocentur, nec ex illa probatur (vt ipsi volunt) alio iure valere. Nam (vt

393

R 3 vides)

vides) reuocatio non ad ius sed ad factum inferitur, nec opponas de iure ciuili, cuius causâ inferiùs exarabo.

Tertium Capitulum & casus in ordine est in c. ad aures. eod. titu. vbi renunciatio metu facta nihil impedit, quominùs is, qui renunciauit, non obstante renunciatione possit præfici. Ergo cum nihil impediat, iure ipso non valet, quod planè sentiunt Doctores, sed respondent supplentes, nihil impedit, scilicet, absolutio-  
ne priùs facta, & annullata abiuratione per restitutionem, vt Abb. antiquus & Petrus ibi. & idem Abbas modernus in c. Abbas. & in co. c. ad aures, vbi Innocèti-  
us soluebat, quod erat præficiendus, scilicet noua electione, quia aliàs antiqua non valebat, cui erat renunciatum, & hanc eandem solutionem confirmat Panormitanus ibidem, sed Dom. Anto. necessitate tex. coactus dicebat non valere renunciationem ipso iure, sed Abbas eum reprehendit, maximè per textum in Clement. 2. de pœn. quem ipse (parcat tantâ viri auctoritas) non intellexit, vt infra videbis.

Itaque textus, nisi hæc Commentaria & figmenta addantur, rectè probat ea, quæ metu fiunt, non valere, & hoc necessariò sequitur ex confessione Domini Anton. contra seipsum, quia ipse fatetur renunciationem metu factam, non valere. At ista renunciatio non valet per regulam generalem iuris Canonici, vt in cap. Abbas. & in cap. ad audientiam. Igitur regula iuris Canonici est, ne valeant, quæ metu fiunt.

Præterea quòd intellectus Petri & Abbatis antiqui & modernioris, nec ipsius Innocentij, quem etiam confirmat Abbas, stare non possit, ecce manifestè ostendo. Ipsi enim dicunt, quod debet intelligi petita restitutione, & noua electione. At si petatur restitutio non obstante etiam iuramento, potest contrahere renunciationi, quia absoluitur à iuramento, vt in c. si verò, & in c. verum. de iureiuran. Sed

textus

textus in d. cap. ad aures dicit, quod non possit contravenire renunciationi. Igitur loquitur sine restitutione & absolutione, aliàs post restitutionem & absolutionem idem esset, etiam si renuntiatio fuit iurata.

† Præterea ad nouam electionem nihil obstabat iuramentum, quia abiurata fuit electio præterita, non futura, & iuramentum vi præstitum non est trahendum ad res non expressas, vt notatur in eod. c. ad aures. & in c. ad audientiam. dixi in illatione principali supra proxima. Vnde text. non debuisset facere differentiam inter renunciationem iuratam & non iuratam, qui tamen cum faciat, facile colligitur intellectum Innocentij non esse iustum. 394

† Præsertim quod si ita intelligeretur, prout ipsi intelligunt, certè textus ille esset correctus, vt statim ostendam. Pudet igitur vti tali commentatione, & longa expositione, vt maximè reddantur iura correctæ l. vnâ. C. de offic. donat. & c. cum expediat, de elect. libr. sexto, & subauditiones non sunt fingendæ, vt leges corrigantur, vt notatur vulgariter in c. cupientes. §. quod si per 20. de electio. libr. sexto. Intelligamus igitur textum in c. ad aures, vt contextitur, & vt iacet, ex quo clarè elicitur nostram conclusionem veram. 395

† Quartus casus in ordine est in c. ad audientiam. eo tit. quod quæ vi metusve causa fiunt, carere debeant robore firmitatis. At robur iuris in hoc consistit, vt iure confirmetur & non valeant, vt in 4. legitima, de pa. & ibi Bart. & reliqui, dum maximè loquitur in exëplo donationis. Igitur ius Canonicum non roborat. Præterea si ius Canonicum roboraret, faceret, quod non deberet, cum robore carere debeant. Quo igitur fomento, vel quo robore iuris Canonici valebunt, si eodem iure robore carere debent? Præterea ego sentire non possum, quid differat, nullius esse firmitatis, ab eo quod caret robore firmitatis. Indefinita enim dum ratione regulari & morali disputamus, æquiualeat vniuersali, 396

R 4 vt in



vt in c. si Romanorum, 19. dist. & in c. solitæ. de maio. & obed. maximè quod dictio, carere, & dictio, debet, sunt præsentis temporis. Facit quod dicitur verbum careat inducere Canonem latæ sententiæ, vt noratur in l. prouidendum. C. de postul. in c. nihil. de elect. in c. sedes. & in c. super literis. de rescript. Et quamuis de verbo careat, dubitari possit, quia ad futurum referatur, de quo disputo, cùm tamen est in præsentis tempore, inducit Canonis sententiam. Nam, si tempore legis caret, verum est ante sententiam iudicis, & ante restitutionem carere. Vnde ea, quæ metu fiunt, dum fiunt, & à principio robore carent. Item à principio nulla fore de iure Canonico ego ostendam, nisi dicamus etiam c. ad audientiam esse correctum, vides igitur, quòd quatuor iura, quæ sola ferè in isto proposito inseruntur in toto titulo, quod metus causa, in decretalibus probant, iure Canonico non esse valida ea, quæ metu fiunt.

397

† Videamus nunc an in sexto libro decretalium inueniatur ea valere. At in c. vno, eodem titulo dicitur, sententiam absolutionis ab excommunicatione esse nullam. Dicit enim text. quod eam omninò viribus vacuamus. Igitur ea, quæ metu fiunt, non valent, sed si dicas, vt omnes, ibi casum esse specialem, non possum sanè percipere talem responsionem, quia titulus est generalis de omnibus his, quæ vi vel metu fiunt, & ille textus est solus in toto titulo. Incongruenter igitur poneretur casus solus, et specialis, non assignata maximè specialitatis ratione.

398

† Præterea summus Pontifex dicit ibi, quod absolutionem viribus vacuat, & omnes Doctores fatentur (vt fateri debent) nullam esse absolutionem ipso iure, quod ex eo planè constat, quia si omninò viribus vacuatur, iuris vim non habet. At cuique rectè intelligenti idem significatur, quod aliquid careat robore firmitatis, ac si vires non habeat. Igitur ex regula posita in c. ad audientiam, quæ est vniuersalis ad omnia, quæ metu fiunt ad id, quod dicitur in c. vno nulla est differentia,

rentia, & quidem aptè : nam cùm titulus sit generalis, nec habeat alium sub se textum, debet verificari in textu subiecto. Itaque vniuersalis est dispositio illius textus, & conformat cum regula c. ad audientiam.

† Nec obstant verba, quæ in contrarium ponderari possunt ibi, præsentis constitutionis auctoritate viribus euacuamus. Nam cùm in præsentis tempore loquatur, semper loquitur Legislator : euacuat enim quodcumque metu factum fuerit tunc, cùm factum fuerit, quia lex semper loquitur, vt in l. vna. ff. de condit. ex lege. & ibi Bartol. & cùm ab ipsius Summi Pontificis auctoritate omnes leges consent, vt in c. significasti, de elect. in l. 1. de constit. princip. verum est, ipsum euacuare etiam confirmatione illius capituli, prout dispositione aliorum iurium, quæ sua auctoritate constant, maxime quòd ibi ratione generali specialiter absolutionem metu factam euacuat, & hoc non potest dici superfluum, vt notatur in c. licet Canon, in gloss. 1. de elect. lib. 6. in c. cùm in singula, in verbo, intelligi, de præb. eod. lib. de hoc latius loquor in l. Gallus. §. idem credendum, de lib. & posthum. & dicam inferius de intellectu c. vnici, in 9. illatione.

Rursus ostendo fallaciam argumenti : nam ibi dicitur, viribus sententiam vacuamus, ergò vires haberet, aliàs eis euacuari non poterat, vt in l. decem, de verbor. oblig. in c. ad dissoluendum, de sponsalib. impub. Respondeo, & fingamus, hodie Vicarium Bononiensem vi absoluere compulsus, quæro, an illa absolutio viribus euacuetur? Certè fateri cogitamur euacuari per textum nostrum, sed quomodo hoc est possibile, cùm vires non habeat? Aut si id neges, ostendas, quo iure vires habeat : & profectò non possumus dicere vires habere, quia nullo iure Canonico habet firmitatis robur, vt in c. ad audientiam. Et omnes Doctores fatentur hodie nullam esse absolutionem, & tamen viribus euacuatur: quod intellige, vt eas vires non habeat, quas aliàs haberet, si iustè & liberè fuisset lata, non quas aliàs ha-

bet iure antiquo, quia nullas habet: nec hic adducas ius Ciuile ad abfolutionem excommunicatorum. de qua inferius dicam.

400 † Item ad istam partem vrget text. in Clemen. 2. de pœnit. vbi resignatio metu laicæ potestatis facta, nullius decernitur esse potestatis. Doctores & Dom. Abbas in c. Abbas. dicunt, ibi casum esse specialem: quinimò ipse in penult. col. dicit, quòd ex casu speciali probat regulam in contrarium.

Aduerte, & nunc intelliges, quantum aberrent: nam rationem adducunt specialitatis, quia metu laicorum fuit resignatum. Sed ego video, quòd in c. ad audientiam. & in c. ad aures. & in c. Abbas. & maximè in c. ad aures. ad terrorem laicorum renunciauit. & in c. ad audientiam, ibi. grauissimè tandem metu Regiscam renunciare est coactus: & tamen iidem Doctores dicunt, valere ipso iure renunciationem, ita quòd ratio specialitatis stare non potest, cùm eadem insit in casibus, qui determinantur ex regula generali, vt in d. c. ad audientiam. & in c. ad aures. vnde pulchrè probatur antiquorum fallacia, & ego ostèdo planè veritatem: nam ratio, casus & verba, quæ traduntur in d. Clemen. 2. conueniunt dispositioni c. ad audientiam. & ratio est eadem, quia idem casus. Nam in verò casu in renunciatione metu potestatis secularis facta loquitur, & verba sunt eadem in effectu: nam si carent robore firmitatis, nullum omninò habent firmitatis robur.

401 † Quia verbum, caret, priuatiuum est, & significationem habet negatiuam, vt suprà latius. Præterea, si velis illum tex. facere casum specialem, necesse est, quòd tex. in d. c. ad aures. & in c. ad audientiam. hodierno iure non procedant, quia ibi secundùm Doctores valet renunctiatio, hodie verò non valet.

Rursus videas, quamuis dissona sint inuolucra Doctorum, quòd text. in c. ad aures. probat, nullam esse renunciationem, quia non obstante ea, ante aliquam restitutionem potest administrari. & Hostiens. Petr. Innocent.

nocent. & Abb. volunt subaudire restitutionem, quam nunquam textus consideravit, ut ex illa subauditione reddatur antiquatus.

Ego sanè restitutam postliminio iura illa, quæ conformiter tenent, nulla esse, nec robur habere, quæ metu fiunt: nam textus c. ad aures. probat, nullam esse renunciationem metu laicorum factam: textus verò in c. ad audientiam. dicit, non habere robur firmitatis sicut omnia alia, quæ metu fiunt: unde eadem regula obseruatur in isto casu. & text. in Clement. 2. nullius omninò decernit esse firmitatis: itaque omnia conformant, & sunt consona veritati.

† Nec obstat, si dicamus, ius esse nouum in d. Clement. 1. ut Abb. & Bald. & facit pro eis verbum, decernimus, quod videtur noui iuris iudictorium. Nam respondeo, quod decernit in facto, nullas esse renunciationes, quamuis sint receptæ a prælato, & illud decernere est declarare, quia dicit, nullius esse firmitatis, ut est simile in dicto c. fin. de præbend. & ibi Panormitan. & non semper verbum, decernimus, inducit nouum ius, nec verbum, inducimus, ut dixi in l. Galus, in princip.

Sed quamuis ex superioribus videatur constare ea, quæ metu fiunt, non valere iure Canonico, tamen obstat ratio satis subtilis.

† Quia lege Ciuili non poterit negari, quin valent, & inest ciuilis obligatio, ut in d. l. metū. §. sed quod prætor. ergo ciuilis illa obligatio manet etiam in his, quæ sunt iuris Canonici, ut in c. 1. de noui oper. nunc. in c. 1. de regul. iur. unde necesse est, quod ciuilis obligatio rescindatur.

Respondemus subtiliùs, & distinctiùs hæc intuentes, quod si ciuilis inest obligatio in his, quæ sunt iuris Canonici, ea inest ratione, quia à lege Canonica lex Ciuilis approbatur, aliàs lex Ciuilis nullum in his habet imperium, ut in c. solitæ, & de maior. & obedi. in c. suscipitis. & in c. certum. 10. dist. & in c. 1. ead. distinct.

distinct. sed in casu nostro lex Canonica non comprobatur metu facta, ut lex Ciuilis, immò dicit se non præstare robur firmitatis, certè approbatione Canonica valere non possunt. Nam verum est, leges, quæ non deuiant à Canonibus, tacitè & expressè approbatas, sed quando dissidet via Canonica à Ciuili, non valet argumentum approbationis, ut in c. si duobus, de app. & notatur in c. 2. de arbitr. libro 6. quod planè omnes Doctores fatentur.

Verùm si opponas, quòd etiam iure Ciuili rata non habentur, si quæ metu fiant, ut in l. r. ff. eodem. & tamen valent; vnde non discordat ius Canonicum à Ciuili.

Aduerte, quia in hoc stat fallacia vulgi: nam falsum est, quòd iure Ciuili rata non habeantur, sed habentur non rata, non iure prætorio, & quo iure rata non habentur, eodem iure valent.

404

† Nam in omnibus acquisitionibus prætorijs vel obligationibus etiam, quæ metu fiunt, non valent eodem prætorio, ut in l. si mulier. §. si metu coactus. & ibi notatur & patet in l. 3. §. inuito, de bon. possess. in l. 3. si quis autem constituerit, de const. pecun. ff. Si enim ius Ciuile rata non haberet, quæ metu fiunt, impossibile esset, quòd iure Ciuili valerent, cum eo valeant, quia rata habentur, ut in d. l. legitima. & in §. per traditionem, Inst. de rer. diuis. & in l. obligamur, de act. & oblig. & in l. si quis argentum. §. fin. de donat. & in §. perficiuntur. Inst. de donat.

Facit Doctrina Bartoli in l. metu. §. volenti, in final. verbis, quod metus causa. ff. vbi ipse fatetur, quòd si illa verba, quæ sunt in edicto prætorio, scilicet rata non habeo, fuissent legis Ciuilis, haberent efficaciam plenam, & ipso iure valerent: sed quia sunt prætoria, idè non operantur ipso iure, sed per restitutionem. At eadem verba & fortiora sunt tradita de iure Canonico, ut in c. Abbas. & in c. ad audientiam. & in c. vno eodem tit. lib. 6. Ergò operantur ipso iure. Ex quo euiden.

denter concluditur, quòd iure Canonico non valent, immò sunt nulla ipso iure.

Sed aduertere, quòd dum Bar. dat rationem, quare nò sunt nulla, & quare non detur de directo actio, scilicet quia Prætor non potest, hoc non est verum, vt latè ostendo in l. iurifgentium. §. prætor. ff. de pact. & ratio est, quia Prætor ad iudicium se refert: dicit enim, rata non habeo. & ita Hostiens. ponderat in Summa, cod. tit. §. qualiter rescindantur, in princip. sed & ipse malè infert, cùm idem credat de iure Canonico. Ius enim Canonicum per se rata nò habet, ex quo sequitur, quòd nihil valet obligatio Ciuilis in his, quæ sunt Ecclesiasticæ iurisdictionis. Item, ius Canonicum nò se refert ad iudicium, vt Prætor, cuius officium erat, ius in iudicio reddere, sed per verba de præsentis, decernit firmitatem non habere, vt in d. c. ad audientiam. Præterea, vt dixi, in his quæ sunt prætoria, ex intentione Prætoris, qui ea rata non habet, ipso iure prætorio non valent. Eodem ergò modo de iure Canonico vide quæ dixi in d. §. prætor. quod latius etiam ex inferioribus casibus ostendam.

† Ex his primò inferò, quòd non est speciale, vt in causa matrimoniali metus reddat nullum matrimonium: nam secundùm glossas matrimonium est nullum specialiter, vt notatur in l. si mulier. §. si metu coactus. & in c. Abbas. vbi communiter omnes. & adducunt tex. in c. significauit, de eo qui duxit in matrim. quam poll. per adulter. vbi non obstante matrimonio metu contracto, potuit aliam in vxorem liberè accipere. idem in c. veniens, de spons. ergo matrimonium erat nullum, quod planè fatendum est. Sed queramus ab his Patribus, not. in c. significauit. vel in c. veniens. inueniant rationem iuris specialis, quam textus assignet, vt matrimonium iure vel causa sit nullum. Verùm si dicas, quòd plures sunt rationes, quare matrimonium metu contractum, non valeat, de quibus per Doctores, maxime per Calder. & Panormit. in c. cùm locum, de spons.

Fateor

Fateor, quòd pluribus rationibus valeat, nego tamen, quòd ex hoc cætera valeant, & quòd in matrimonio sit speciale. Et idèò dicendum est de his, quæ notantur in c. bonæ. cl. 2. de elect. in verbo, metuebant. & in c. quisquis, eod. tit. & vtròbique Doctores. vbi dicitur, idem esse in matrimonio spirituali, & in electione, vt electio metu facta, censetur nulla, quod intellige iure regulari, non ex aliquo speciali iure, vt patet ex superioribus.

Sed contra superiora opponitur d. c. inter hæc. 23. quæst. 4 vbi matrimonium metu contractum, valet, ex quo sequitur, nec in matrimonio speciale esse, vt nulum sit, nec generale esse, vt quæ metu fiant, non valeant de iure Canonico: & ita Dom. Cardin. in c. Abbas. tenebat per illum textum, quòd matrimonium erat validum, prout reliqua, quia solutiones, quas dedit gloss. in c. Abbas. & in d. c. inter cætera. facile eliduntur omnes, quamuis plures teneant, de quibus ibi per Cardinal. & Dom. Abbat. matrimonium esse nullum, quod negari non potest. Ratio, quia requiritur matrimonium esse liberum, vt in c. cum locum. & in c. requisuit, de sponsal.

406

† Et vbi requiritur liber consensus, ibi metus reddit actum nullum, vt notatur in c. notificasti, 33. quæst. 5. & libertas requiritur ad fidem & prolem. Et ita docet S. Doctor in 3. distinct. 39. art. 3. q. 2. de quo eleganter loquitur Abbas in c. cum locum. itaque tam propria ratione matrimonij, quam etiam regula generali, verum est, matrimonium esse nullum.

Dominus Abbas respondet illi, c. inter cæteras, quod ibi est supplendum, vt consonet alijs iuribus.

407

† At tu planè habeas intellectum Augustini, & eius sententiam, quam glossæ & Doctores penitus non aduertunt, & præsupponas, quòd in c. inter cæteras, nec in tota illa quæstione tractatur, an quæ metu fiant, valeant, vel ne, sed hoc tantum, quæ  
iura men-

iuramenta sint licita, vel quæ illicita, vt patet in summa eadem quæstione.

Item præsupponas, quod Seuerus Episcopus, de quo in d. c. inter cæteras. consulebat Augustinum de quodam Vbaldo, qui consanguineis suæ concubinæ timore mortis iurauerat se illam ducturum in vxorem, nec matri suæ, vel fratribus necessaria ministraturum. Vnde Augustinus simul cum Ambrosio respondet, quòd matrimonium est firmum & stabile, quia non est peccatum contrahere matrimonium cum ea, quam prius habuerat, sed cætera quæ promisit, iniqua sunt, & iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum, vel matricidij, vel fratricidij, vel cuiuscunq; criminis. ita dicebat Augustinus.

Aduerte itaque, quòd ibi non dubitatur, an matrimonium sit nullum, vel validum, quia metu contractum: sed an iuramentum sit licitum, & possit obseruari, vel sit illicitum, & non possit obseruari, dicitur iuramentum matrimonij fuisse de se licitum: & idè sit firmum & stabile, reliqua verò quia turpia erant, nullo modo obseruari possunt. Et hoc est quod voluit ibi Augustinus, nec ibi voluit decidere, matrimonium vi contractum, tenere: sed quòd si iuratum fuerit, obseruari poterat: secus est in alijs, quæ iurauit, quæ turpia erant. Et ita in illa insigni & laboriosa disputatione, quæ per Italiæ Gymnasia, me assistente, celebrata est, concludebam, quòd ex sensu Gratiani, & eius sententia satis firmatur, cum in textu inferiùs ita dicat: Sed cum his omnibus illicita iuramento non seruanda probentur. & cætera.

Itaque consultatio & sententia ipsius Augustini & Ambrosij refertur ad dubium, an possit iuramentum obseruari, non an debeant obseruari: maxime, quòd secundum hunc sensum sequeretur, quòd matrimonium valet, & quòd iuramentum adè obliget, vt non possit peti restitutio,  
nec



nec absolutio, quod est contra text. in c. significauit, de eo qui dux. in matrimon. quam poll. per adulter. suprâ alleg. & contra text. in c. si verò. & in c. verum, de iureiuran. & in c. cum contingat, eod. tit. & in c. quamuis pactum, de pact. lib. 6. Nam ibi verba Augustini excludunt absolutionem, dum dicit, quòd matrimonium sit in Deo firmum & stabile, quia de iure Canonico non habet firmitatem, vt in c. ad audientiam, quod metus causa.

408

† Et etiam secundum omnium sententiam tunc dicitur firmum, quando exceptione elidi non potest, & tunc dicitur non habere firmitatem, quando exceptione elidi potest, vt in d. c. ad audientiam. Ergò non potest dici, quòd matrimonium sit firmum & stabile, cum exceptione & absolutione possit infirmari. Itaque intentio Augustini non est dicere, quòd matrimonium metu contractum, sit firmum & stabile: & ita audio modernos dignissimos Præceptores hoc idem voce sensisse.

Sed in contraria sententia fuit S. Doctor in 3. dist. 39. art. 3. quæst. 2. vbi intelligit eandem sententiam Augustini & Ambrosij, quòd ex matrimonio metu iurato teneatur: & ita firmiter tenet, quòd iuramentum obligat ex sententia Augustini & Ambrosij. Item Panormitan. in c. Abbas. in solutione illius textus dicit, quòd quamuis ibi iuramentum non firmet contractum matrimonij, obligat saltem ad contrahendum matrimonium: itaque non potest venire contra iuramentum, nisi petita absolutione.

Quid igitur dicendum? Durum est ab interpretatione S. Doctoris discedere. Sed contra eam videtur textus iuris Canonici in d. c. significauit. vbi matrimonium fuit iuratum, & non obstante iuramento, quia metu contraxit, potest liberè cum alia contrahere: & ita notat ibi Dominus Abbas, sibi non constans, quòd etiam iuramentum erat nullum. & glossa est ibi ordinaria.

†Rur.

† Rursus ego video, quòd si verba Augustini referantur ad necessitatem matrimonij, stare non possunt, Dicit enim, quòd sit stabile & firmum, igitur excluditur exceptio & absolutio iuramenti, vt supra dicebam. Nam firmum dicitur, quod in facto remanet firmum & stabile, quod elidi non potest : & cum in facto remanet firmum, exceptio non habet locum, vt colligitur ex edicto, quòd metus causa. ff. & Barro. in l. metum. §. voluit, cod. tit. & facit tex. in c. 2. de iurjur. Nam quavis requiratur absolutio, tamen dicitur in effectu non posse constringi, vt in c. 2. igitur non est stabile, nec firmum. Item aduertas, & in hoc stat deceptio, quia in c. inter cæteras. aut vis, quòd matrimonium metu contractum, sit validum, & certè nec validum est, nec matrimonium esse potest, quia deficit liber consensus, quod est substantiale, vt in c. cum locum. & ibi communiter Doctores. & in l. si patre, de rit. nupt.

† At iuramentum non supplet consensum substantialem, vt notatur in c. fin. de procuratorib. lib. 6. ergò non est matrimonium, quia libertas non habet locum, vbi metus vel coactio intercedit. Aut vis, quòd in d. c. inter cæteras. iuramentum obliget matrimonium, vt ex eo infert sanctus Doctor, & Dominus Abbas, vbi supra. & profectò ille textus nihil probat : nam ibi dicitur, quòd matrimonium sit in Deo firmum & stabile : itaque non dubitatur de obligatione ad matrimonium contrahendum, sed de ipso matrimonio iam contracto, an licitè maneat in ipso, vel illicitè : & idè dicitur, quòd matrimonium stabile maneat & firmum, quia non fuit peccatum, suscipere concubinam in uxorem. Itaque de obligatione iuramenti nihil ibi probatur, & cum præsupponatur matrimonium, necesse est fateri, quòd ibi ille concubiniarius post coactionem habebat eam secum, ex quo fuit firmatum matrimoniù, vt in c. ad id, de sponsal. & in c. de illis. el. 2. de spons. impub. Et idè dicebat Augustinus, quòd firmum remaneat & stabile, quia licitum fuit, cætera verò fuerunt

inhonestæ & illicitæ, vt putà non subuenire matri & fratri. Habes igitur Augustini & Ambrosij expositionem.

- 411 † An autem iuramentum ad matrimonium vi præstitum obliget, certè ex sententia S. Doctoris & Do. Abbatis obligat, quamuis non videantur probare ex textu Augustini.

Et idem Dom. Abb. in d. c. significauit. dicit etiam iuramentum esse nullum, adiungit rationem, quia contra bonos mores.

\* Aduerte, & declara eius rationem, quia matrimonia debent esse libera, & obulare libertati matrimonij, etiam adiectione poenæ est contra bonos mores, vt in c. gemma, de sponsalib. in l. Titia, de verbor. obligat. Ergò metus & iuramentum præstitum contra libertatem matrimonij est contra bonos mores. Hec est mens Abbatis, quamuis per verbum, fortè, loquatur.

- 412 † Diligentius aduertendum esset, quia non solum in matrimonio metus infertur contra bonos mores, sed etiam in quolibet alio contractu, vt in l. 3. ff. quod metus causa. videmus tamen iuramentum metu contractum, ipso iure esse validum, vt in c. 2. & in c. si verò. & in c. verum, de iureiuran. Ergò hoc, quod fit contra bonos mores, non impedit iuramenti obligationem, sed stat in fronte argumentum, quo non est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum, vt in regula, non est obligatorium, de regul. iuris, libro 6. in l. si quis inquilinos; §. final. de legat. secundo.

- 413 † Ego ita sentiebam; aut iuramentum præstatum simul cum ipso actu præsentis consensus, & tunc non est matrimonium, quia verum est, consensum non esse liberum, nec iuramentum supplet libertatem, quia aliàs iuramentum esset sine remissione obseruandum, cum esset liberum, quod tamen est falsum, vt in dicto: verum. & in c. si verò. Et ita est etiam eiusdem sententia.

Et De-

ſti Doctoris, qui appellat iuramentum coactum, & licitè iurantem abſoluendum. & idem Dominus Abbas: ergò iuramentum non ſupplet libertatem, ex quo ſequitur, non eſſe validum matrimonium.

Credo autem, quòd quamvis ille conſenſus metu coactus, non efficiat matrimonium, nec eum ſuppleat iuramentum, tamen remanet obligatio ex iuramento ad contrahendum, quia iuramentum ex parte Dei nullam continet turpitudinem.

† Aut per metum ante matrimonij verba fuit aliquis coactus iurare ſe ducturum talem in vxorem, & tunc etiam credo iuramentum valere; quamvis abſolui poſſit ab eodem, vt in dicto c. verum. & in c. ſi verò. 414

Nec obſtat ratio Abbatis, & argumentum ex c. gemma. quia quamvis iuramentum ſit turpe, & contra bonos mores ex parte recipientis, quia metu impellit iurare matrimonium, ex parte tamen iurantis nulla eſt turpitudò, quia ipſe contrahere matrimonium iuravit, vt dicebat Auguſtinus, de quo in d. c. inter cæſaras. Cùm igitur iuramentum tendat in Deum, & inter Deum & iurantem non ſit turpitudò, credo iuramentum obligare ex ratione c. debitores, de iureiur. & ita reſolues argumenta.

Ex his etiam conſtat pulcherrima limitatio ad regul. non eſt obligatorium, de reg. iur.

† Rurſus conſtat valere iuramentum in contractu matrimonij metu præſtitum, quamvis aliter ſæpiſſimè vulgò tradatur ex d. c. ſignificauit. cui reſpondeo, quòd non probatur in dicto c. ſignificauit. iuramentum fuiſſe nullum. Nec obſtat, quòd ibi ſine abſolutione aliam duxit in vxorem, & dicitur cum ea manendum. Nam aduertendum, quòd iuramentum metu extortum, quamvis valeat. & ſit neceſſaria abſolutio, tamen ſi non fuerit obſeruatum, non peccatur mortaliter, vt in c. verum, de iureiuran. Ita igitur in dicto

S. 1. 2. c. ſigni-

inhonesta & illicita, vt putà  
fratri. Habes igitur Augusti-  
nem.

uxorem non obstantem  
sequitur, iuramen-  
to iure teneat, po-  
matrimonium, li-  
non ad eò malè fe-  
ortali peccato, vt

411 † An autem iuramen-  
stitum obliget, certè ex  
batis obligat, quamvì  
Augustini.

NON  
obtem. &  
Ab.  
quod

Et idem Dom.  
iuramentum est

possunt

contra bonos

coacti

Aduert

ut, qu

nia debent

ut

nij, etia

cum

vt in

obli

tra

e

atur nullum, vt in c. cum contingat, de iure-

417 & reliqua. ita dicit Dom. Ias. in §. sed cum nulla. 3.  
olum. versic. tertio nouiter limita. Dom. Abb. in c. Ab-  
bas. 3. colum. tenet, quòd illa regula ad omnem compro-  
bationem legis non est generalis, sed quòd in dote sit  
speciale, vt tanquam accessariò matrimonio metu pro-  
missa vel data, non teneat.

Ego de dictis Iasonis, & Bartoli differui late in re-  
petit. c. 1. de pact. char. 88. colum. 1. versic. decima sit de-  
claratio. Sat est, quòd ratio Domini Iasonis concludit  
nostram sententiam: † nam cum pacta confirmentur  
æquitate Canonica, necesse est, vt non valeant, si metu  
fiant, quia quæ metu vel dolo fiunt, æquitate stare  
non possunt, vt in l. 1. ff. eodem. & in l. 1. ff. de dolo. &  
l. 1. ff. de dol. except. At quòd speciale sit in dote, hoc  
non probatur ex accessione matrimonij, sed ex ratio-  
ne generali, quia dotis promissio ex æquo & bono  
constat, vt l. has obligationes, de cap. diminut. ff.  
Item est bonæ fidei maximè hodie, vt in l. prima.  
§. sed et si. C. de rei uxor. act. in §. fuerat; Instit. de  
actio.

IVR. CIVILIS  
 actio. ergò si dolo vel  
 in l. 3. ff. pro socio. & i  
 viti. Nam bonæ fide  
 est dolus vel metu  
 Canonico sta  
 unt, rata non  
 natione Ca  
 iure Ciui  
 el met  
 rtur

agere, vt in d. l. si mulier, §.  
 na stipulationis, de qua in d.  
 pra stipulari, igitur oritur  
 n alio proposito) dice  
 mptore, de vsucap. in  
 rge. contra prædicta.  
 vulis iuris Ciuilibite  
 erat iniquum, in  
 doli except. quia  
 , iniquum &  
 promissione  
 onfirmata  
 nifforum

ariis æqu  
 quod confirmetur :  
 dum adest equitas contraria, vt  
 sæpius allegato. & in l. 1. quod metus cau  
 & in l. 1. de doli except. & Instit. de except. pe  
 pium.

† Quartus casus, ad quem inferimus, est in voto  
 metu factò, quod dicitur nullum, vt not. in gloss. in c.  
 Abbas. & in c. auctoritate. 15. quæst. 1. & Dom. Abb. in  
 d. c. Abbas. & communis est sententiã, quæ his funda  
 mentis confirmatur. Primò pro text. in c. 1. quod me  
 tus causa. secundò ex c. præsens. 20. quæst. 3. tertio, quia  
 Deus non recipit nisi synceram & spontaneam volun  
 tatem, vt 15. quæst. 1. c. non est. Ego fateor, non valere vo  
 tum metu factum, quod clarè probatur ex c. præsens. &  
 ex c. 1. supra alleg. sed non probatur votum esse nul  
 lum iure speciali: quin immò si attentius consideramus  
 rationes illius capituli primi, ille textus determinat  
 sub ratione tituli vniuersalis, de his quæ vi metusve cau  
 sa fiunt, non autem ratione speciali, de qua nihil con  
 stat in illo textu:

Item nec c. præsens. habet fundamentum iuris spe  
 cialis, cum dicat, quòd Psalmista voluntariè se sacrifi  
 care testatur. Quod enim quis nõ eligit, nec optat, pro  
 fectò non diligit, quod autem non diligit, facilè con

e. significauit. duxit secundam in vxorem non obstante iuramento primo: & ex hoc non sequitur, iuramentum non valuisse. quia quamuis ipso iure teneat, potuit de facto contraxisse, & valet matrimonium, licet contraueniendo male fecerit, sed non adeò malè fecit, vt sit puniendus tanquàm pro mortali peccato, vt in c. Verum.

416

† Secundus casus, ad quem inferre possumus, est promissio voti, vt in l. si mulier, §. si metu coactus. quod metus causa coactus. ff. vbi Bar. ex eo notat, quòd vbi cūque pactum confirmatur à lege, & pròducit actionem ex confirmatione, pactum metu redditur nullum: vnde Moderni in l. iuris gentium. §. sed cū nulla. ff. de pact. inferebant, quòd de iure Canonico omne pactum nudum, quòd aliàs pròducit actionem, si fiat metu vel dolo, est nullum, maximè attenta intentione iuris Canonici, quia si dolus, vel metus interueniat, iuramentum redditur nullum, vt in c. cū contingat, de iureiur. & reliqua. ita dicit Dom. Ias. in §. sed cū nulla. 3. colum. versic. tertio nouiter limita. Dom. Abb. in c. Abbas. 3. colum. tenet, quòd illa regula ad omnem approbationem legis non est generalis, sed quòd in dote sit speciale, vt tanquàm accessariò matrimonio metu promissa vel data, non teneat.

417

Ego de dictis Iasonis, & Bartoli differui latè in repetit. c. i. de pact. char. 88. colum. i. versic. decima sit declaratio. Sat est, quòd ratio Domini Iasonis concludit nostram sententiam: † nam cū pacta confirmantur æquitate Canonica, necesse est, vt non valeant, si metu fiant, quia quæ metu, vel dolo fiunt, æquitate stare non possunt, vt in l. i. ff. eodem. & in l. i. ff. de dolo. & l. r. ff. de dol. except. At quòd speciale sit in dote, hoc non probatur ex accessione matrimonij, sed ex ratione generali, quia dotis promissio ex æquo & bono consistat, vt l. has obligationes, de cap. diminut. ff. Item est bonæ fidei maximè hodie, vt in l. prima. §. sed et si. C. de rei vxor. act. in §. fuerat; Instit. de actio.

actio. ergò si dolo vel metu fiat, stare non potest, vt in l. 3. ff. pro socio. & in l. bona fides, in fine, ff. depositi. Nam bonæ fidei, & bono & æquo contrarius est dolus vel metus, & hoc de iure Ciuili: de iure verò Canonico stat ratio vniuersalis, quod quæ metu fiunt, rata non habentur: ergò non subsistunt ex confirmatione Canonica, & ita credo, quòd vbi-  
cunque de iure Ciuili pactum rei æquitate confirma-  
tur, si dolo, vel metu fiat, subsistere non potest, quia deest fundamentum, vt in l. 1. de doli except. & in d. l. si mulier. §. si metu coactus. & argum. in l. Strichum. §. naturalis, de solut. Nam vbi inest dolus vel metus, qui est contrarius æquitati, deest æquitas, qua sublata, nihil est quod confirmetur: quinimò ad non ser-  
uandum adest æquitas contraria, vt in c. ad audientiam, sæpius allegato. & in l. 1. quod metus causa. suprà alleg. & in l. 1. de doli except. & Instit. de except. post princi-  
pium.

† Quartus casus, ad quem inferimus, est in voto metu factò, quod dicitur nullum, vt not. in gloss. in c. Abbas. & in c. auctoritate. 15. quæst. 1. & Dom. Abb. in d. c. Abbas. & communis est sententiã, quæ his funda-  
mentis confirmatur. Primò pro text. in c. 1. quod me-  
tus causa. secundò ex c. præsens. 20. quæst. 3. tertiò, quia  
Deus non recipit nisi synceram & spontaneam volun-  
tatem, vt 15. quæst. 1. c. non est. Ego fateor, non valere vo-  
tum metu factum, quod clarè probatur ex c. præsens. &  
ex c. 1. suprà alleg. sed non probatur votum esse nul-  
lum iure speciali: quinimò si attentius consideramus  
rationes illius capituli primi, ille textus determinat  
sub ratione tituli vniuersalis, de his quæ vi metusve cau-  
sa fiunt, non autem ratione speciali, de qua nihil con-  
stat in illo textu:

Item nec c. præsens. habet fundamentum iuris spe-  
cialis, cum dicat, quòd Psalmista voluntariè se sacrifi-  
care testatur. Quod enim quis nõ eligit, nec optat, pro-  
fectò non diligit, quod autem non diligit, facilè con-



tenet : nullum ergò bonum nisi voluntarium, idcirco dominus non ferendam in via virgam, per quam vis alicui inferatur, præcipit, hucusque text. Nam si bonum non est, nisi voluntarium, ergò si metu fiat, non est bonum, quòd & in voto, & in omnibus bonis verum est. Igitur quod bonum non est, ratum à iure maxime Canonico haberi non debet, quia quod bonum non est, iustum esse non potest, vt in l. i. de iust. & iur. in princ. Ius enim æquum & bonum est, vt ibi : ergò bonum, quod voluntas metu agit, nihil iuris habet.

419 Rursus dicit, quòd Dominus præcipit non ferendam virgam, per quam in via violentia alicui inferatur. Si igitur non est ferenda virga, quomodo volumus, vt ius Canonicum non solum non ferat, sed quòd ex actu & facto tribuat obligationem violento? † Nam à vultu Dei debet pendere nostrum iudicium, vt in c. vt nostrum, vt eccles. benè. & in c. significasti, de elect. vides itaque, quòd quæ metu fiunt, non possunt habere iustitiam Canonice.

Sed oppones forsan de iustitia ciuili, quæ necesse est bonum confirmet, quod verò non bonum, ratum habere non debet, quia primum omnium legum principium est, bonum esse sequendum, malum verò euitandum, & finis earum est felicitas humana. Igitur leges approbantes ea, quæ metu fiunt, nec habent principium, nec finem debitum.

420 Respondeo, quòd ex regulis vniuersalibus legis Ciuilibus sequitur quædam approbatio, quæ iniqua est, & idè ius prætorium contra talem iniquam illationem prouidet æquitate, quod expressius declarat. † Nam regula est iuris Ciuilibus, vt ex quacunque promissione licita, & stipulatione roborata oriatur obligatio, & ius agendi, quæ est actio, vt in l. 5. §. stipula. de verborum obligationibus, in princip. Institut. de verbor. obligationibus. Finge igitur, quòd te metu impulsi, vt mihi centum stipulatione promitteres, certè mihi teneres ex eadem regula; nam hic est consensus duorum, quia qui

quī metu agit, verum est agere, vt in d. l. si mulier, §. metu coactus. item est forma stipulationis, de qua in d. §. stipulatio. item est res apta stipulari, igitur oritur obligatio. Idem (quamuis in alio proposito) dicebat Bartolus in l. si quis pro emptore, de vsucap. in 15. colum. in fictione priuata, verſic. contra prædicta. Hæc est igitur causa, quare ex regulis iuris Ciuiliſteneatur ex tali contractu, quod tamen erat iniquum, inſpecta qualitate rei, vt in dicta l. i. de doli except. quia ea consideratione, quod metu promisit, iniquum & contra naturalem æquitatem est, vt ex promissione teneatur, sed æquitas naturalis non erat confirmata à iure Ciuili, nec regula illa vniuersalis promissorum erat limitata, nec distincta ratione naturalis, huius casus: & idè ius Prætorium emisit edictum conforme, & consonans iuri naturæ, quo dicebat. se ratum non habiturum, quod metu gestum esset, vt in l. prima, eodem titul. vnde non valent iure prætorio nec naturali, nec etiam Canonico, vt in dicto c. ad audientiam.

Quod verò Bart. dicit vbi supra, exceptionem metu dari à iure, & in hoc ipso fingi, certè mera est fictio, nec iuris veritatem habet sententiam Bartoli, quia cum exceptio detur contra actionem, non fingitur actionem non esse natam, vt in l. i. de except. & patet in princip. Instit. de except. & recordor dixisse latius in l. si vnus, §. pactus. ff. de pact.

Sed diceres forsan, quod mero iure & vera iustitia contractus metu vel dolo factus, non habet iuris obligationem, quia inſpecta æquitate naturali, non potest subesse ius agendi, & dum in illo contractu cessat æquitas naturalis, cessat etiam obligatio ciuiliſ, quæ obligat vinculo superiori scilicet ipsius naturæ, vt in c. quo iure. 8. distinct. & in c. qualiter, de accusat. c. solitæ, de maior. & obedient. & dixi superius in princ. §. de deriuatione. Responde, quod talis obligatio ciuiliſ est introducta ex causis tantum intrinsicis, quia

habita consideratione ad causas vniuersales obligationem producentes, iusta est obligatio; Nam adest materia & forma obligationis, & reliqua requisita, vt supra: idè ergò iuris Ciuilis introductio habet secundùm naturam, quia ius Ciuile in materia apta introducit suas obligationes potestate legis naturæ: vnde l. veluri. ff. de iustitia & iur. & in c. si quis. de maiorit. & obedient. & ita tenet Bartol. in l. Iulianus verum debitorem. §. & 9. colum. de condict. indeb. Hac igitur via talis obligatio dicitur iusta, vt Instit. de except. in princip. & in l. 1. de doli except. Sed considerata causa extrinseca ipsius rei, quæ fuit metus, certè iniquum est, quòd talis contractus, metu vel dolo factus, habeat iuris necessitatem: & idè in tali contractu cum non insit naturalis æquitas, vt in dista l. 1. de doli except. necesse est dicere, quòd non insit obligatio naturalis, quæ ex æquitate nascitur, vt in l. Stichum, §. naturali, supra allegato. & ita dicebat Bald. in l. cum quis, C. de iuris & fact. ignor. vbi negat, quòd contractus dolo vel metu factus, habeat naturalem obligationem.

Ex his primò intelligas, quomodo obligationes ciuiles sine naturali possunt considerari iustè. Secundò intelligas, quòd contractus dolo vel metu factus, non habet iustitiam naturalem, & quòd æquitas naturalis non suadet, immò impedit, ne debeant obseruari: vn. deest concludendum de iure Canonico.

Ex quo etiam sequitur, quòd votum D E O emissum, nullam habet iustam obligationem, scilicet nec naturalem, nec gentium, nec Canonicam, nec curandum est de Ciuili, quia in his se intromittere non potest.

421 † Sed stat argumentum, quòd iuramentum metu factum, validum est mero iure, vt in c. 2. & in c. si verò. & in c. verum, de iureiu. cum simil. & tamen iuramentum Deo fit, qui non recipit, nisi synceram & liberam voluntatem, vt in c. 1. 15. q. 6.

Quippe

Quippe argumentum est vrgens: Nam Doctores cum reddunt rationē, quare votum metu factū non valeat, hanc ostendunt. Et idem cōprobat̄ur ex c. præsens su. all. sed hæc ipsa ratio habet locum in iuramento, quod Deo fit, vt in c. debitores in fin. co. tit. & in c. & si Christus. ergo nec iuramentum valebit. Resoluam in illatione sequenti, quod in voto vis principaliter inferitur, vt Deo obligetur, & ei (vt ita dixerim) quærat̄ur ex iuramento, tamen pars ipsa cui quærendum est, infert̄ur metum, idēō iuramentum ex quo Deo obligatur, valet, vide latius ibi.

† Rursus arguitur contra superiora, quia videmus, quod iure etiā Canonico volūtas coacta metu habetur pro voluntate, & ex ea proceditur, quia verum est ita voluisse, quāuis metu vellet, vt infra c. sacris. de sepulch. in c. merito. 15. q. 1. Respondeo, quod in malis & peccatis, qui metu vult, pœnam meretur, quia malum vult, et idēō peccat, nec obstat metus, cum potius debeat mortē pati, quā malo consentire: Voluntas enim cogi non potest, sed metu impelli. At metu malum velle non debet, & ob hoc ipsum quod vult, peccat, vt in d. c. sacris. Sed ex hoc non sequitur, quod in his, quæ mala nō sunt, ex eo quod vellet, & metu vellet, id debeat ratum haberi in fauorem maximē vim inferentis, & ita procedit regula iuris Canonici, qua non habentur rata.

† Quintus casus est in prorogatione iurisdictionis metu facta, vt in l. 2. in princip. ff. de iud. & ibi gloss. & Bart. Est etiam text. secundum Bald. in l. si quis ex consensu. C. de episcop. audi. no. etiam glos. in c. Abbas, vbi generaliter intelligit in quacunque iurisdictione per metum occupata. Idem tenet Barto. in tractatu de Tyranno. Vnde infertur per Abbatem ad ea, quæ ibi tractat Bart. & Bald. in l. decernimus. C. de sacrosan. ecclesijs, quod si ciuitas elegit Officiale per metum exercitus vel Tyranni, electio est nulla, & ipse non habet iurisdictionem. & reliqua.

Animaduerte primò, q̄ iste casus specialis ex d. l. 2.

S s proce-

procedit tam de iure Canonico, quàm etiam Ciuili. Sed casus illius rationem ego aliter tibi ostendo: Non enim est ius speciale, vt creditur, sed habet rationē ex his quę superius dixi: & cōsidera, quod lex illa, in l. loquitur, quando vis à Prætore infertur, vt patet in illis verbis, viribus Præturę compulsus, est ita text. Sed nos hoc certum habemus, quod iure Prætorio ea, quę metu fiunt, rata non habentur, nec valent, vt in l. 1. co. titu. in l. 3. §. inuito, de bonorum possess. in l. 1. §. si quis autem, de constit. Ergo si idem Prætor vim intulerit ex suo edicto, nō valet iurisdictio, & idcō dicebatur nullam in eo transferri iurisdictionem.

Verùm ex hoc forsan dices, quòd si Prætor vim non intulisset iurisdictionem validam fuisse, cum actu metu factus iure ciuili valeat.

424

† Aduerte tamen & nunc intelliges sententiam iuris Prætorig simul cum illa l. 2. & in primis id teneas, quod ius prætorium ad iudicium se refert, prout est solitum se referre, vt in l. 2. 3. col. §. co. tēpore. de orig. iur. & declarat Paul. de Castr. in Rubrica C. qui admitti, & patet in hoc ipso edicto, quo dicit Prætor, quę metu facta erunt, rata non habebō, & ita ponderat Hostiens. in summa eo. tit. §. qualiter rescindantur. Sensus itaque est, quęcunque inuenerit prætor, vel iudex metu esse facta, ea non obseruabit, nec ex his tribuet iudicium. Hoc id constat ex sententia legislatoris in §. 1. Inst. de excep. vbi quamuis iure ciuili efficax sit actio non obstāte metu, tamen iniquum est ita iudicari. Vnde iudicium non redditur ex contractu metu factō, nimirum igitur, quod actus non valeat, si metus adhibeatur in eisdem iudicialibus, cū ius prætorium actus rescissionem ad iudicium referat. Itaque si in eodem iudicio, vel in his, quę ad iudicia pertinent, metus adhibeatur, actus erunt nulli, maximè si Prætor, vel iudex metum intulerit, qui rata, quę metu fiant, habere non debet, & ita intellige prædictam l. 2. de iud. in princip. & etiam tex. in l. si quis ex consensu. C. de episc. audient.

Ex

Ex his etiam confirmatur, quod dicimus in principali conclusione. Nam sicut ea, quæ metu apud Prætorum fiunt, nō valent iure ciuili in vniuerso sumpto, ita ea quæ fiunt apud personas ecclesiasticas, quia sicut ius prætorium rata non habet, ita etiam ius Canonicum.

Ex his infertur ad distinctionem, quam tradidit Panormit. in c. Abbas super s. casu, † vbi dicebat quod si episcopus eligebatur metu per Capitulum, electio erat nulla, sed Innocent. videbatur tenere contra in c. quod sicut. de elect. imò quod valeret mera iure, quamuis veniret rescindenda, per text. in c. Abb. Panormitanus tamen distinguit, & concordat. Aut tenentur electores eligere certum, & tunc electio est nulla, quia est contra substantialia electionis, quia electio est inter plures & ita intelligitur tex. in c. vbi periculum. §. cæterum. de elect. lib. 6. vbi dicitur, quod cessat electio, si adimatur libertas eligēdi, aut compelluntur vnum eligere de certo genere personarum, & tunc metus non vitiat actū ipso iure, quia non tollitur potestas eligendi, quod pulchro argumento probatur. Nam non valet consuetudo, per quā aufertur libertas eligēdi, vt in c. cū terra. de elect. sed valet, vt electio fiat de certo genere personarum, vt in c. Abbate, de verb. signifi. & in c. cū dilectus. de consuet. & ita notabat Ioan. And. in d. c. cum terra. hæc sunt dicta Abbatis in c. Abba. su. all. & in c. licet. 7. col. & in c. cum terra. 3. col. de elect. & alibi.

425

† Sed aduertendum est, quod quamuis electio fiat metu de certo genere personarum, non valet ipso iure, aut si dicant valere, quæras ab eis, quo iure valeat. dicunt ipsi, quia consuetudo valet de certo genere eligendo, fa-  
teor, sed consuetudo est ius, & incipit à consensu libero, vt in l. de quibus. ff. de leg. sed metus nullam habet iustitiam, nec infertur consensu partis. imò contra bonos mores, vt in l. metum. ff. quod metus causa. Itaque non iuste concluditur ex consuetudine ad ipsum metum. Præterea etiam si sit illatus metus, vt eligatur aliquis ex certo genere, certum est, electio-  
nem

426

nem non esse liberam, sed metu electum. Igitur non va-  
lebit, vt in d. c. vbi periculum. in §. cæterum, cuius sen-  
tentia ea est, vt electio debeat habere libertatem, nulla  
re impeditam. Nam arbitrium debet esse liberum, aded  
quod si affectus inordinatus adfuerit, vel aliqua cuius-  
cunque obligationis necessitas, cessat electio, dum liber-  
tas adimitur eligendi, ita dicit text. Nec ponderes ver-  
bum ad certum aliquid iuncta gloss. quæ exponit, putã  
talem eligendum, quæ interpretatio videtur assentire  
sententiæ Abbatis.

Tamen aduerte, quod quando metus infertur, vt de  
certo genere eligatur, ad aliquid certum, infertur, aliàs  
non esset metus, nec vis, id autem certum hoc est, vt ele-  
ctio fiat de certo genere. Ac cum de iure possit, imò in-  
ter omnia dignitatum habilium genera debeat fieri de  
summo Pontifice electio. Certè contra arbitrium eli-  
gentium sit, quando eo modo quo possunt & debent nõ  
est permillum eligere.

Præterea ratio Do. Abba. hæc est, vt quando est de  
certo genere electio, iam insunt substantialia electio-  
nis, quia de pluribus elegit, quem vult, sed quod vnum  
præcisè eligat, hoc est contra substantiam, & ideo est  
nulla, ita ipse.

427 Aduerte diligētius, quia hæc ratio aliorum tendit,  
quod tibi patenter ostendo. Nam inter duos potest esse  
electio, † quia de duobus vnum eligere possum. Itaque  
in hoc ipso adest requisitum ipsius electionis, vt nota-  
tur in l. serui electi. de lega. i. sed si metus intercedat, vt  
vnus de duobus eligat, non valet, quinimò etiam ipsa  
consuetudo non valet, vt in d. c. cum terra, vbi est casus  
expressus. Ergo nec consuetudo illa non dicitur valere,  
quia sit contra hoc substantiale, nec ideo censetur vale-  
re electionem de certo genere metu factam, quia habeat  
substantialia. Et ita diligenter attende, quod non ex de-  
fectu substantialium, sed propter metum ad electionem  
illatum, non valet electio. Item ex eo, quod habeat locū  
electio inter duos vel plures, non dicitur libera, si ad ele-  
ctionem

tionem metu impellantur electores. Nam verum est non esse liberam, & ideo non valere, vt in d. c. cum terra & in c. quisquis. eo. tit. & in c. messana, quod generaliter loquitur in qualibet electione præsumpta, id est præsumptione temeraria celebrata. Facit, quod docebat Bart. in l. si quis. pro empt. in fictione priuariua, de qua supra dixi, quod vitium ipsius metus est extrinsecum, nec aliquid deest substantiale, quod à seipso patet. Nam aliàs nec stipulatio valeret, quod tamen est falsum, vt in l. ex eo. de inut. stipul. & in l. i. de doli except. ff. si igitur ex metu dicitur nulla electio, dicendum est, quod ista nullitas est ex causa extrinseca, quæ ita est in metu electionis vnus, sicut in metu electionis ex vno genere.

† Præterea in hoc ipso valet argumentum de electione ad matrimonium, vt expressè probatur in d. c. vbi periculum. §. cæterum. vbi in calce sponsus datur ecclesiæ, & fioratur in c. dudum, et græde. & in c. quisquis. & in d. §. ceterum. At secundum hoc sequeretur, quod valeret matrimonium metu contractum, quando inferitur, vt contrahatur cum vna ex pluribus, & ita Do. Abb. dicebat posse attentari in d. c. cum terra.

428

Quippe à Iurisconsultis nihil debet attentari, quia attentata in irritum reuocantur, vt in c. non solum, de appell. libr. 6. At potius probatur matrimonium non valere, siue habeat locum regula generalis, qua ea, quæ metu fiunt, non valent, vt in c. ad audientiam, siue habeant locum plures rationes, ex quibus matrimonium censetur nullum, dum metu contrahitur. Nam quod habeat locum ratio generalis patet, quia non est æquum, vt metu aliquis compellatur ad eligendum, vel matrimonium contrahendum. Nec æquum est id ratum haberi, vt in l. i. ff. eo. Nec hoc quod sit ex certo genere tollit metum, ergo nec tollit ipsius rei æquitatem.

† Præterea rationes, quæ in matrimonio adducuntur habent locum etiam in isto casu. Et prima est ex tribus, quas tradit Gaspar de Calde. quem refert Abb. in d. c. cum locum, quæ fuerunt sumptæ à Theologis. Nam cūta

429



cum in matrimonio adest Sacramentum, quod significat cōiunctionem inter Deum & ecclesiam, vt in c. debitum. de biga. sicut Christus volūtariē assumpsit carnem humanam, ita voluntarium debet esse carnale matrimonium : Sed hæc ratio habet locum, quando metu impellitur ad contrahendum cum aliqua ex pluribus, siue sint quatuor, vel sex. Igitur non valet si metu contrahatur.

Secunda ratio est, quia Metus impedit procreationē sobolis, quæ est secundum bonum matrimonij.

Tertia est, quia est contra fidem. Nam ex inuitis nuptijs mali solent exitus prouenire, vt in c. requisisti, & quod quis non diligit, facile contemnit, vt in sup. all. c. præsens. At cum istæ rationes habeant locum, quamuis metus inferatur ad matrimonium vnus ex pluribus, sequitur, quod non valeat. Facit text. in c. cum locum, ibi, plena debet libertate gaudere. Nam Doctores tam Theologi, quàm etiam Canonistæ ponderat illam rationem, quod cum liber requiratur consensus, necesse est, quod si metu consentiat, actus nō valeat; & ita ponderat text. in c. cum locum, sed ista libertas concludit nostrum casum, cum debeat esse plena. Ergo non valet matrimonium.

430 † Verum obstat imprimis, quod si metus sit talis, qui non cadat in constantem virum, non impedit matrimonium, vt in c. de muliere. de spons. & in c. de illis, de spons. impub. attamen videmus, quod non est plena libertas, vbi qualiscunque metus intercedit. Igitur non requiritur plena, aut verum erit, quod qualiscunq; metus reddit matrimonium nullum, quod est falsum, vt in c. consultationis, de spons. & in c. cum dilecti, quod met. causa.

Respondeo quod à iure est determinatus metus & libertas, vt ille censeatur metus, qui cadat in virum constantem, vt in d. c. de illis, † & illa censeatur libertas plena, quæ non est impedita metu sufficienti. vt in c. consultationi. & in c. de muliere, iuncto c. cum locum.

Nec

Nec obstat argumentum quod formari potest, quod quod inter plura est consensus electivus, ut d. l. servilec. del. 1. ideo cum eligat unam potius, quam alteram, habetur libertas ad ipsam, & est electio, ex quo sequitur, quod non obstant rationes superiores.

Respondeo, quod iste consensus & libertas est respectivus, qui non sufficit ad matrimonium, quia omnis consensus metu coactus est etiam liber respectivus. Nam consensus cogi non potest, ut in c. sacris. cod. tit. & planè fatentur Theologi, sed metu potius elegit matrimonium, quam pati velit id, quod timetur. Itaque etiam in matrimonio quando metus ad unam tantum infertur, est electio & libertas, ut potius velit ea uxorem quam pati, & in hoc ipse, quod matrimonium voluntas elegit, liberè vult, quia voluntas cogi non potest, ut in sacris & tenet S. Doctor 3. dist. 39. art. 3. quæst. 2. & 4. dist. 29. quæst. 4.

† Nec obstat id quod dicit Do. Abb. in d. c. cum terra, quod olim matrimonium erat de præcepto, iuxta illud Genesis cap. 2. Crescite & multiplicamini et notatur in c. nuptiarum, 27. q. 1. Quod ego non disputo. Dato tamen quod verum sit, non sequitur, quod metu possit compelli ad matrimonium maxime ut contrahat cum aliqua ex certis, et maxime cum requirat libertatem, nec hodie sit in præcepto, sed stat in sola libera voluntate, ut in c. cum locum.

† Sextus casus dicitur esse, quando auctoritatem præstitit tutor metu: Nam tunc actus est nullus, nec est opus rescissionis, ut l. 1. §. fin. ff. de auct. tut. & ita per illum text. notatur in d. c. Abbas. & in c. inter hæc. & in d. l. 1. §. fin. cum similibus. Vnde infert Do. Abbas, quod cum episcopus æquiparetur tutori, ut in c. omnibus. 6. q. 1. & notatur in c. audiris, de in integ. resti. si ipse præstet auctoritatem per metum in rebus ecclesiæ sibi subditæ, non valet auctoritas ipso iure, ita not. in d. c. Abb. in 6. casu.

† Ego verò aliter considero intentionem Jurisconsulti

sulti in d. l. i. §. fin. & præsuppono aliud esse metum, aliud vim, vt not. Bart. in l. i. ff. cod. Nam quamuis metus in feratur consensui, vis tamen inferri non potest, & idè in his, in quibus voluntas vel consensus requiritur, si vis interueniat, nō possumus dicere consentire, quia voluntas cogi non potest. Finge quod ego ligatus vi trahor ad iudicium, quippe quamuis sim in iudicio, si tamen nihil expressi, ex quo probaretur consensus, non potest dici me consentire, vt in d. c. sacris, quod met. caus. in c. maio. in fin. de baptis. in c. presbyteros. l. dist. Vnde dicendum est, quod in his qui consensu aguntur non est consensus, vbi vis interuenit, & idè actus nullus est. Sed secus est, quando metu probatur inductus ad consentiendum. Nam tunc verum est consentire, quamuis metu consentiat, vt in d. c. meritò. & in l. si mulier.

435 §. si metu coactus. † Vnde si animaduertimus casum in l. i. §. fin. de auth. tut. non fuit tutor metu coactus, sed vi adfuit, nec auctoritatem præstitit, quod planè constat ex verbis, quæ subiçio: Tutor si inuitus retentus sit per vim, non valet, quod agitur. Nec enim præsentia corporis sufficit ad auctoritatem, vt si somno aut morbo comitiali occupatus tacuisset. ita text. Ecce quod inuitus retentus erat per vim, nec aliquid aliud adhibuit, nisi præsentiam, in qua cadit vis, quia corpori tantum adhibetur non animo. Item patet in exemplo dormientis & morbo comitiali occupati, & ita not. ibi Bart. quod præsentia corporis non probat animi assistentiam vel consensum. Itaque ibi probatur, quod vbi interuenit vis, non probatur animus, nisi per alia signa animi ostendatur, quàm corporis præsentia, in qua violentia habet locum, nō tamen ex hoc sequitur, quod si metu præstet auctoritatem, non sit præstita auctoritas, & per hoc actus valeat, nisi alio iure probetur, & ita melius intelligit illam legem gloss. in d. c. sacris, in gloss. i. vbi interpretatur in vi & non in metu.

Sed contra ista opponitur. Nam in iure nostro vis pro metu & metus pro vi assumitur, vt in l. i. in fin. ff. cod.

cod. & ideò prætor dicebat, quodcunq; vi vel metu fieret, ratum se non habiturum, vnde cõstat, quod non est faciendâ differentia. Rursus constat, quod etiã ea, quæ vi fiunt, non sunt nulla, sed veniunt rescindenda.

† Aduerte quod vis sumitur dupliciter, vno modo quando vis habet necessitatem absolutam, & eo modo definitur in l. 2. ff. cod. vbi dicitur vim esse maioris rei impetum, qui euitari non potest. Et isto eodẽ modo loquitur etiam Cicero, dum dicit, vim esse impetum dominantem, retinentemque rem intra terminos alienos. Et hoc modo intelligunt Phisici violentum. In violento enim nõ est actio ex parte passi. Et ideò dicunt ipsi, q̄ violentum est, cuius principium est extra nihil cõferre ante vim passo. Vnde in his quæ vi absoluta fiunt, non adest consensus ipsius patientis, & ideò non potest esse peccatum, quia non agit, sed patitur, vt in c. sacris. & in c. presbyteros. vers. qui aut. l. dist. sup. all. & dicebat August. Nullus peccat in eo, quod vitare non potest, & ita intelligitur tex. in d. l. 1. & fin. de author. tut.

436.

† Quandoque tamen vis non habet necessitatem absolutam, sed impulsuam, adeò quod nõ est necessaria, nisi respectiue & conditionaliter. Nam si qui minantur mihi mortem, nisi tecum contraxero, hic non vis contrahendi necessaria, quia possum non contrahere submittendo me periculo. Vnde si contraxero, ago, & non est violentum, & hoc est quod dicit Iureconsultus, voluntatem metu coactam esse voluntatem. Hic igitur metus in iure nostro sæpius assumitur pro vi scilicet respectiue, vt in ritu. quod metus causa, & in c. constat, r. quæst. 1. & ita loquitur Iureconsultus ibi. Vnde intelliges verba edicti, quod ea quæ vi facta erunt, rescinduntur per exceptionem, scilicet quando non fiunt vi absoluta. Nam si fiant violentè absolute, nihil sunt, vt in c. maiores ferè ad furem, in vers. ille verò, qui nunquam consentit, sed penitus contradicit, nec rem, nec caracterem suscipit, quia vi absoluta compellitur. Vnde restitutio quod metus causa non habet locum in isto casu:

437

T † Fin.

438

† Finge quod à iure ciuili vel statuto ciuitatis requiratur præsentia alicuius, quia inuitus & ligatus adest; cerè actus nihil est, quia præsentia cogi potuit, sed consensus non, & cum consensus non affuisset, verum est, actum ipso iure non stare, vt in d. l. i. §. de curat. furi. Nec in hoc casu habet locum titulus quod metus causa, vt rescindantur, quæ aliàs iure valida erant, quia hæc essentialia non adsunt, vt in d. c. maiores. & in c. sacris. & ita nullum speciale est in illo casu. Vnde pulchrè intellige & interpretare edictum, quod metus causa, quod non habeat locum rescissio etiam de iure Ciuili in his quæ vi absoluta fiunt. Nam actus iure non potest valere, quia factus non consistit, deest igitur substantia, vt in l. obligationum substantia, de act. & oblig. quod intellige ex superioribus.

439

† Ad id autem quod Do. Abb. infert de prælato auctoritatem per metum præstante, nihil probatur, vt vides. Nam in tutore nihil est probatum in l. i. §. si. At nõ iure speciali, vt Abbas credit, sed regula generali Canonica censetur nulla auctoritas per superiora.

440

† Septimus casus est, quando testes inuiti sunt præsentés, vt in l. qui testamento. de test. ff. & ita dicit Hosti in summa eo. tit. vbi enumerat hos casus, & Do. Abb. in d. c. Abbas. & allegat gloss. in c. sacris.

Aduerte quod hoc dupliciter potest intelligi, primò modo quando inuiti detinentur vi præcisâ & tunc nullam est speciale ad regulam rescissionis, quia cum repugnent, non sunt testes & verum est, quod actus omninò violentus etiã de iure Ciuili nõ valet, vt in d. l. i. §. si. de curat. furios. Et in isto modo intelligit gloss. in c. sacris. & not. quod secundum glossam non est aliquod ius speciale, quamuis Do. Abbas aliter eam citet.

Secundo modo possumus intelligere, quod inuiti detinentur testes scilicet metu instãtis periculi, & tunc benè videretur casus specialis. Sed adhuc cõsidera, quod nulla est ratio iuris singularis in hoc ipso. Sed ex eo, quod in testamentis requiruntur testes rogati, vt in l.

hæc.

hæredes palam. §. in testamentis. ff. cod. tituli: si inuiti detinerentur, verum est non detineri rogatos & idcò non valet testamentum. Ex hoc ergo iure & solennitate, ex qua requiritur, vt testes sint rogati, vt testamentum valeat, sequitur, quòd si sint inuiti, non valeat. Cogita.

† Octauus casus est in sententia, ita Hostiensis in summa & Ioan. And. in c. Abbas eum referèdo sequi videtur, & allegant tex. in c. iniustum, 11. q. 3. sed sola, ibi, & Archid. tenent contra, & Do. Anto. & D. Abbaseam approbant, & similis est in e. 1. quod metus causa. lib. 6. vbi dicitur sententia absolutoria excommu. id esse speciale, & ponderat Abbas textum ibi tanquam casum specialem, quia Principes seculares vi compellebant absoluerè à sententia excommunicationis & reliqua.

448

Ex his tamen, quæ superius dixi in quinta illatione, & casu colliges sententiam non valere metu larâ, quia iudicialia non valent, vt in l. 2. in prin. de iud. & iudiciû non debet reddi, vt Inst. de except. in princ. facit text. in d. c. iniustum, & in c. omne. 25. q. 1.

Nec obstat quod exceptione proposita ea, quæ metu fiunt, elidantur, & antequàm proponatur exceptio ius reddatur, quod fateor, quia necesse est, vt iudex sciat merum intercessisse & sine oppositione scire non potest, quia scit vt homo. Postquam tamen sciuerit, ipse tenetur, non seruare ex æquitate, vt in l. quod si Ephesi, de eo quòd certo loco. iuncta l. 1. quod metus causa. ff. & l. 1. de doli excep. quod intellige in actibus extraiudicialibus, quia in iudicialibus nec credo iure civili valere, quinimò sine oppositione, & sine sententia superioris esset nullum, quicquid metu fiat. Sed cogita.

Nec obstat text. in l. interdum, quod cum falso tutore. ff. Quia non constat, quod à Prætorè violenter sit compulsus, sed præsumendum est iudicialiter compulsus. Nec obstat, quod sciebat pars ipsa falsum esse tutorem, quia ex hoc non sequitur, quod iudex sciret. Nec obstat text. in d. c. vno, quem ponderat Abbas reddendo rationem metus potestatis laicorum. Nam hæc

T a ratio

ratio generalis est, vt patet in c. ad aures, & in c. ad audientiam. co. tit. & dixi latius in princip. Constat itaq;, quod de iure Canonico, vel etiam Prætorio, quæ metu fiunt, non valent ipso iure.

442

† Ex quo nonò inferò, quòd si quis cõstitueret per metum, quod aliàs debebat ex tali constituto, non oritur actio constituti. Probat, quia hæc actio est prætorio, cùm prætor æquitate naturali introducit, vt in l. i. ff. de consti. Ergo si constitutum fiat metu, nec valebit æquitate, qua constat, vt in l. i. de doli except. nec iure quo introducit, vt in d. l. i. quòd metus causa. Facit, quod notat Bart. in l. si mulier. §. si metu coactus. ff. co. vbi dicebat, quod quando pactum nudum æquitate confirmatur à iure ciuili, si metus intercedat, dicitur nullum, per illum textum, & quod dicebãt moderni in §. sed cum nulla l. iuris gentium. 3. limita facit etiam tex. in l. 3. §. inuito; de bonorum possess. & ita singulare exemplum præstare poteris casui in l. 3. §. si quis constituerit, de consti. pecuni. Nam ibi quando per exceptionem non debetur, id est, quando debitum eliditur exceptione, non debetur iure prætorio. Vnde satis euidenter apparet, quod ea quæ metu fiunt, non valent iure prætorio, quia obstante exceptione non debentur. In actibus ergo prætorijs, si quid metu fiat, non habet fomentum à iure prætorio, vnde dicimus, quod nec valet cõstitutum metu factum, nec debitum aliàs metu factum poterit constitui, quia illud debitum nec æquitate, nec iure prætorio debetur: ita intellige & declara illum tex. vbi casus est singularis.

443

† Ex his etiam pulchrè declara, quòd si quis iniuriarum actionem metu remitteret, remissio esset nulla ipso iure & actio maneret in suo statu. Ratio, quia iniuriarum actio ex æquo & bono à prætore constituta est, vt in l. non solum. §. i. de iniur. ff. vbi Iurisconsultus ferè omnia quæ dicimus, sua sententia confirmat, cùm dicit, quod cùm iniuriarum actio ex bono & æquo sit constituta, eam metiri debemus secundum æquitatem. Itaque

Itaque æquitate aboletur & æquitate manet. Regit ergo æquitas ea, quæ ex æquitate constituta sunt. Et cum remissio iniuriarum actionis attentaretur per metum, & non sit æquum, quod valeret, certè non valet, & remanet actio, ut dicit ibi Iurisconsultus.

† Ex his etiam facile resoluebam illam difficultatem Petri de Bellapert. de qua dicebat consulendum Apollinem in l. 1. C. de fideiuss. Quare soli civili obligationi sine naturali poterat accedere fideiuss. ut in l. 1. ff. eod. sed sola civilis non poterat constitui, ut in d. l. 3. §. si quis autem. quia constitutum habet fundamentum æquitatem naturalem, & est contractus prætorius, qui sine obligatione & æquitate naturali consistere non potest. Secus est in fideiussione, quæ fit per stipulationem, ut Barto. in l. 1. C. de fideiuss. & dixi si rectè memini in l. si vnus. §. pactus ne peteret, ff. de pact.

† Hinc etiam infertur ad contractum pignoris, qui fit sola conuentione, & habet obligationem prætoriam, ut in l. si tibi. §. de pignore, de pact. ff. & in l. 1. ff. de pignorat. act. Nã de pignore iure honorario ex pacto oritur actio. Ergo si dolo vel metu fiat, non oritur, (quia Prætorio iure non roborantur, quæ dolo vel metu fiunt, nec habent æquitatem naturalem. Sed si opponas de text. ibi cum dicitur, quod tollitur per exceptionem. Responde, ut intellexi in l. legitima, de pact. Finaliter (ut breui cõcludam) potest inferri ad omnes obligationes & actiones prætorias, de quibus in §. omnium. Inst. de obligat. & in §. sed istæ quidem. Instit. de actio, quod videretur rursus confirmari ex l. in conuentionalibus. ff. de verb. oblig. vbi docebat Vlpianus, quod conuentionales stipulationes formam accipiunt à conuentione. Prætoriaræ verò à mente Prætoris. Cum igitur mens & sententia prætoris non habeat rata dolosa, vel metu facta, sequitur nec prætoriam stipulationem valere, quod certè effe pulcherrima limitatio ad regulam iuris civilis, & videtur ratione constare. Facit tex. in l. quotiens quis, de verb. obligatio. vbi licet aliàs stipulatio facti alieni non



valeat, vt in l. stipulatio ista in princip. & in l. inter stipulationem in princip. ff. co. tit. tamen stipulatio prætoriam æquitate sortitur interpretationem me facturum scilicet & curaturum, vt alius faciat, æquitate igitur sumenda est interpretatio. Vnde si animaduertas diligenter, videbis in l. i. de doli except. & instit. de except. quod contra rigorem iuris Ciuilis ex prætorio iure datur exceptio, ergo non contra rigorem iuris prætorij ex iure prætorio. Hoc enim non consonat, & super his cogita, quia innumera sunt, & à nouo homine (si dicereliceat) lustrata, nec esset mirum, vt emendatione egerent. Sed operæ præcium erit alijs occasionem veritatis inquirendæ præbuisse.

Si igitur iura prætoriam non comprobant, nec fouent ea, quæ metu & dolo fiunt, vt supra latissimè, et constat ex l. iuris gentium. §. prætor de pact. ff. Ergo idem est de iure Canonico in his, quæ ad ius prætorium pertinent, quia hoc etiam confirmat iure Ciuili. Item etiam idem  
446  
erit in omnibus actibus Canonicis, † quia ex prætoriam æquitate & iure prætorio magis est interpretandum ius Canonicum, quam ex rigore iuris ciuilis, vt in c. sepè, de restit. spoliat. & in c. dilecti, de iudi. maximè in hoc eodem casu, in quo ex rigore ciuili sequitur iniquum & contra æquitatem naturæ, & verum iudicium, vt fateatur Iurisconsultus in d. l. i. de doli except. & idem legislator Inst. de excep. in princip.

† Decima sit & pulchra illatio, quod quamuis ex traditione metu facta transferatur dominium secundum ius ciuile, vt in l. si metus. ff. de acq. hære. & in d. l. si mulier. §. si metu, non tamen transfertur secundum ius naturale, quod patenter oculis tuis subijcio. Nam iure naturali dominium ex traditione transfertur, quia conuenit æquitati naturali, vt rata habeatur voluptas ipsius, qui vult rem suam in alium transferre, ita docet legislator Instit. de rerum diuis. §. per traditionem. Sed quando metu vult transferre, non conuenit æquitati naturali ratam habere voluntatem coactam, vt in  
l. i. ff.

l. r. ff. quod metus causa, & in l. i. de doli except. vbi constat, quod contra naturalem æquitatem habetur rata à iure ciuili. Igitur constat etiam, quod iure naturæ nõ transfertur dominium, quod satis etiam probatur ex §. inuito. l. 3. de bono. possess. ff. iuncto §. emancipati. Inst. de hære. quæ ab intest. Nam iure prætorio, quod æquitate regitur naturali, non transfertur.

† Vnde mirabilis traderetur intellectus ad l. i. de acqu. rerum domi. & ad l. ex hoc iure, infra eod. & ad §. singulorum. Insti. de rerum diuisio. quod dominia quæ sunt à iure comprobata, metu non transferantur, & ita etiam intellige l. nunquam. de acquir. rerum domi. ff. Nec cerè obstat text. in l. si metus. de acq. hæred. & in l. si mulier. §. si metu supra alle. vbi transfertur hæreditas ex aditione metu facta. Illa enim translatio est merè ciuilis, & non per traditionem, vt in l. cum hæredes. de acq. poss. ff. nimirum ergo si iugore iuris ciuili transferatur dominium ciuile, contra quam translationem æquitate naturali datur remedium & abstinendi facultas, vt patet in ea. l. si metus, & notatur in d. l. si mulier. Quantò igitur minus iure naturali transferri non debet, cum translata ex eodem iure rescindantur. argu. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. & in c. quemadmodum. de iure iur.

† Vndecimò ex superioribus infero, quod glossa cõmuniter approbata in c. sup hoc, de renun. in gl. magna in medio, vbi dicitur, quod de iure Canonico dominiũ transfertur ipso iure ex traditione metu facta, & idem censetur in eo, qui renunciat per metum beneficio, non glo. ibi & idem sentit Innocen. in c. ad audientiam, & in c. ad aures. de renun. vbi idem tenent Petrus & Abbas antiquus & modernus. ita tenent etiam Dom. de Rota decision. 362.

Sed ego ex superioribus video dominium non transferri. Nam non transfertur iure naturali, nec gentium, nec iure Prætorio. Igitur nec iure Canonico transfertur, quia in hoc ipso ius gentium, naturale, &

prætorium est confirmatum à iure Canonico, vt in c. ad audientiam, quod metus causa, & in c. 1. eo. tit. lib. 6. Nam si iure Canonico talis translatio per vim facta rata non habetur, impossibile est, quod ex eodē iure transferatur, vt in §. per traditionem.

450

† Item in renūciatione beneficii expressum est arg. in d. c. super hoc, vbi spontanea requiritur renūciatio, idem in c. sollicitæ. de resti. spol. Sed iidem Doctores, qui tenent contrarium, formant hanc consequentiam, quod vbi spontaneus consensus requiritur, ibi actus vitatur ipso iure, ita Do. Abbas in c. cum locum & idem mc. significauit, de eo qui duxit in vxor. quam poll. per adul. & in c. maiores, in §. si. de baptis. & in d. c. Abbas, 2. col. & notatur in c. notificasti, 33. q. 5. & eandem consequentiã faciunt Theologi, vt S. Doctor 4. dist. 29. art. 1. & sæpius dum de matrimonio metu contractu loquitur. Constat igitur, quod cum renūciatio debeat esse libera & spontanea, si metu fiat, non valet. At nõ valet regula vniuersali Canonica, vt in c. ad aures, & in c. ad audientiã, quod metus causa. Ergo verum est dicere vniuersaliter, quæ metu fiunt, non tenere, & de hoc latè supra in princip. principalis quæstionis. Sat est quod Do. Panormitanus in c. Abbas, in fine nescit respondere argumento, quod ipse sæpius fatetur.

451

† Nec obstant fundamenta glossæ in c. super hoc, quæ allegat l. si mulier. §. metu coactus, cui supra proximo respondi, & tex. in c. merito. 15. q. 1. in delictis loquitur, in quibus, vt supra dicebam, verum est voluntatem esse volūtatem, quamuis coactam, & ex hoc subest peccatum. Hæc enim volūtas facti est, & nihil iustitiæ habet. Nos tamen loquimur in voluntate, quæ iusta potest esse, quæ si inuita fuerit, à iure non roboratur, nec est iustum roborari, de his superius.

452

† Sed si quæras quid si renūciatum beneficio cum iuramento, vel traditio rei corporalis sit facta cum iuramento videtur quod valeat, quia iuramentum metu

exor-

exortum valet, vt in c. 2. & in c. si verò, de iureiur. Adhuc forsan dici posset, quòd nec valeat renunciatio ipso iure, nec transferatur dominium, quia quamuis iuramenti obligatio valeat, quia Deo fit iuramentum, parti tamen non obligor, quia turpiter intulit metum, vt in l. 3. quod metus causa. Igitur non transferatur dominium. At dices, quòd renunciatio non est translatio, sed consistit in sola voluntate renunciantis, & debet fieri in manibus superioris, vt in c. admonet, de renunc. & in c. cum vniuersorum, de rerum permutat. vnde cum verum sit, quòd ego renuncio, certè amitto beneficium, quod amittere volo.

Respondeo, quòd cum coactè volo, non amitto, quia iure amittitur, & ius meram voluntatem ratam non habet, nisi sit spontanea, vt in d. c. super hoc. & in c. sollicitæ. suprà allega. & in dicto c. ad audientiam.

Item si arguas eodem modo, quòd qui metu tradit rem suã, verum est tradere velle, & se nolle dominari: ergò amittit dominium, quia nolens retinere amittit dominium, vt in l. 1. & 2. pro derelict. ff. & ita arguit Iuriconsultus in l. 1. §. si vir vxori, de acq. hæred.

† Respondeo, quòd dominium est iuris, vt patet per definitionem à Bartolo expositam in l. si quis. §. differentia, de acquir. possess. ff. & notatur in Rubric. ff. de acquir. rer. domin. Est enim ius in re corporali liberè disponendi. & reliqua. Vnde nec amitti, nec acquiri potest nisi iure, sed non est æquum, vt inuitus amittat, vt in l. 1. quod metus causa. & in c. ad audientiam, eod. tit. ergò nec iure naturali, nec prætorio, nec Canonico amittit.

Non obstat text. in l. 1. & 2. pro derelict. nam voluntate amittit libera, & hoc verum est omni iure. Nos verò loquitur in voluntate coacta, qua nec acquirit, nec amittit æquitate naturali & iure prætorio, vt notatur in d. l. si mulier. §. si metu. & in l. 3. §. inuito, de bonor. possess. & per consequens iure Canonico, quod illis (vt

T 5. debet)

debet) ad stipulatur & consentit. Nec obstat l. 2. §. si vir uxori. quia ibi in possessione facti loquitur Iurisconsultus, ut idem ponderauit.

Nec obstat decisio Rotæ, quæ communem est sententiam secuta: nam ad eò hoc principium apud Doctores hucusque inueterauit, quòd nullus dubitauerit, sed in parentum fide omnes id firmum tenuerunt. Ego verò, quæ iuris sunt, nisi ratione percepero, fide certa non tenco.

454

† Cùm igitur dominium iure Canonico ex traditione metu facta, non transferatur, sequitur, quòd tradens poterit agere actione rei, quia dominium non amittit: aut si dicas amisisse, dicas quo iure. Nam nec naturali, nec prætorio, nec Canonico amisit, ut supra. Sed si dicas, ciuili amisisse, ego non loquor de iure rigoroso Ciuili, quæ fateri oportet amisisse, ut in l. 1. de doli except. & in prinsep. Instit. de actio. sed loquor de iure Canonico, & in rebus, quæ à Canonibus iudicantur.

Nec obstat, si dicas, quòd ius Ciuile censeatur approbatum à iure Canonico: nam approbatio illa vniuersalis est, particulariter tamen in isto casu non approbat ius Canonicum metu facta: & æquitas particularis vincit generalem, ut dicebat Bartol. in l. 1. per illum text. ff. de minorib. & diuersa est via iuris Canonici à iure Ciuili, ex quo dabis egregiam & pulchram declarationem ad tex. in l. metum. §. volenti, quod metus causa. ff.

455

† Hinc etiam decidere poteris illam dubitationem, an alienatio rei Ecclesiæ valeat, si metu fiat, de qua per gloss. in c. Abbas & vbi Ioan. And. Dom. Anto. & Dom. Abb.

456

† Sed in his duo resident dubia. Primum est de Baptismo. quòd si metu suscipiatur, valet, ut in c. maiores. §. fin. de baptis. Ergò quæ metu fiunt, iure Canonico valida sunt. Respondeo, quòd ea ratione valet baptismus, quia in baptismo non requiritur consensus necessa-

cessariò ipsius baptizati, cùm quandoque præsumptus sufficiat, vt in dormiente & in furioso, & quandoque parentum & alterius personæ sufficiat, vt in infante. Quod satis expressè ibi nobis traditur, quod rursus alia ratione tibi demonstro : nam si baptismus metu susceptus regularetur ratione vniuersali eorum, quæ metu fiunt, certè quamuis ipso iure valeret, veniret retractandus etiam secundum Doctorum opinionem, sed hoc est falsum, quia efficaciter imprimitur character, qui euelli non potest, vt ibi dicitur : igitur ille casus habet aliam rationem, quàm hanc vniuersalem.

† Secunda dubitatio est iuramenti, quòd si metu fiat, de iure Canonico valet : nam requiritur absolutio, vt in c. si verò. & in c. verum, eodem titul. Ergo constat iurantem esse obligatum, vt in l. decem, de verbor. oblig. & in c. ad dissoluendum, de sponsal. impub. Huius dubitationis resolutionem videbis in 22. illatione, quæ erit infra proxima.

† Item quòdcunque dixi de metu, idem intelligas de dolo, nam eadem ratio, vt in l. si cum exceptione. §. eum qui, quod metus causa. & in d. l. i. de doli except. Itaque quæ dolo malo fiunt, nec iure naturali, nec prætorio, nec Canonico valent : vbi verò in causa aliqua reperiuntur valida, quæ dolo facta sunt, vt in c. ex parte. & in c. dudum, de conuers. coniug. ibi dolus non est malus, sed bonus, vt in l. i. §. non fuit. ff. de dolo, & idè nec inuenies in his casibus restitutionem locum habuisse.

† Vigesima secunda principalis illatio fit ad illam subtilem dubitationem : nam de iure Canonico iuramentum metu extortum valet, vt in c. 2. & in c. si verò. & in c. verum, de iureiur. in c. auctoritate. 15. q. 6. vbi dicitur à tali iuramento absoluedum ipsum iurantem, ex quo probatur eum obligatum : qui enim ligatus non est, absolui non potest, vt in l. decem, de verborum obligat. in c. ad dissoluendum, de sponsal. impub.

Et ita

Et ita tenent communiter Canonistæ, in c. 2. & in c. si verò, suprà alleg. post Innocent. in c. Abbas, de quo nullum est dubium, quia habemus iura expressa, ex quibus etiam Theologi id fatentur, vt infrà videbis: sed habemus de iure Ciuili legem expressam contrariam in Authent. sacramenta. C. si aduers. vendit. Et ita fatentur Doctores, quòd aliud sit de iure Canonico, aliud de iure Ciuili, vt Bartol. Salycet. Paulus & moderniores in d. Auth. sacramenta.

460

† Aliqui tamen perpensiùs hæc cogitantes, dicebant, quòd quamuis differentia sit vera inter ius Canonicum & Ciuile, tamen ius Canonicum esset obseruandum in iuramento, quod est spirituale, vt in c. 2. de iureiur. lib. 6. In his enim cedit ius Ciuile iuri Canonico, vt notatur plenè per Bart. in l. priuilegia. C. de sacrosanc. eccles. & per Ioan. Calder. in c. 1. de nou. oper. nunc. & ibi Panorm. ita Ioan. de Imol. latè in repet. c. cum contingat, de iureiur. 2. col.

461

† Ego verò nec credo differentiam inter ius Canonicum & Ciuile, nec dicere audeam, quòd text. in d. Authent. sacramenta. non procedat mero iure, & vera iustitia; cum maximè ille text. sit nouissimus, & summa religione formatus, & sit ex Authent. quæ veram religionem & iustitiam ecclesiasticam profitebantur, vt in Authen. vt cler. apud prop. episc. & in Authen. quomodo oport. episc. in princip.

402

† Considerabam igitur primo, quòd si eadem verba, quæ sunt context. in d. Authen. sacramenta. sunt etiam inserta in iure Canonico, necesse est dicere, nullam esse differentiam iuris Canonici ad Ciuile. Dicitur enim in Authent. sacramenta. quòd iuramentum, quod per vim vel metum extortum est, est nullius momenti: at in c. 2. de iureiur. dicitur, nullius iuramenti vinculis potest constringi: igitur ista iura conformant. Nā nullius esse momenti interpretatur per Doctores, id est, non obligat, vt in nostrà, eadem dubitatione videmus. Sed si vinculis iuramenti non potest constringi; sequitur, quòd

quòd non potest obligari, quia obligatio est iuris vinculum, vt patet per definitionem. Constat igitur, quòd ius Canonicum à Ciuili non deuiat, quòd etiam dilucidè probatur in c. cum contingat, de iureiuran. & in c. quamuis pactum, de pact. lib. 6. vbi in casibus similibus illi Aurhent. ex quâ præcipitur iuramentum à minore præstitum esse seruandum, excipitur casus, nisi metu vel dolo fiat, nam tunc non est seruandum: sed in fronte patet argumentum, nam de iure Canonico obligat, vt supra probatum est: ergò falsum est, quòd non obliget iure Canonico; prout non obligat iure Ciuili.

Respondeo, quòd cod. tex. ex quo pateat non constringi, id est, non obligari, constat etiam absoluendum, vt in c. 1. vnde hoc est mirabile, vt qui vinculo iuramenti astringi non potest, absoluatur. Itaque aliquid latet, quòd non cognoscimus. Præterea adduco rationem satis concludentem, quòd iuramentum sit nullum, quia contra bonos mores dicitur vis inferri, vt in l. 3. ff. quòd metus causa, sed iuramentum contra bonos mores non obligat, vt in l. si quis inquilinos, §. final. de legat. 1. in c. non est obligatorium, de regul. iur. libro 6: Ergò iuramentum vi extortum, non obligat.

Facit, quòd dicit Panormit. in c. significauit, de eo qui dux. in matrimon. quam poll. per adult. quòd ideo matrimonium erat nullum, si metu fuisset contractum, quia erat contra bonos mores: ergò idem dicendum est de iuramento.

Quid dicendum? Attende, & nunc videbis iuris lineamenta & causas in materia hucusque non expressas.

† Primò itaque resolue, quòd in iuramento duplex subest obligatio, vna ex promissione expressa, alia ex tacita, quæ in Deum resultat, & hanc duplicem obligationem fatentur omnes Doctores in t. 1. de iureiur. & in c. debito, es, per text. ibi, de iureiur. Hoc igitur præsup-



supposito, quod omnibus est notum, præsuppono aliud, quòd quando vis infertur, vt iuretur, qui vim infert, turpiter facit, & contra bonos mores, vt in l. 3. sup. alle. Vnde nõ est æquũ, vt ei iure sim astrictus, qui mihi vim intulit, quia quando turpitudine versatur ex parte suscipientis promissionem, non est iustum homini, qui turpiter agit, in hoc ipso, in quo turpitudine versatur, iure obligari, vt patet in eodem c. debitores. Et hoc est, quod dicitur in c. 2. nullius iuramenti vinculis super hoc posse constringi : & ita intelligitur text. in d. Authent. sacramenta. vbi nullius decernitur esse momenti, scilicet quoad partis obligationem, cui quæri nõ poterat. Nam quoad Dei obligationem, ius Ciuile non potuit decernere iuramentum nullum, si iuri Canonico in hac nullitate non consonaret, vt in c. venerabilem, de elect. & dixi latè in 20. principali illatione. Eodem modo intellige c. cum contingat. & c. quamuis pactum. supra alleg.

464

† At alia est tacita promissio, quæ ex iuramento in Deum resultat : nam cum Deum ipsum per iuramentum adhibeam veritatis testem & assertotem ( vt dicit M. Tullius in lib. de Offic. ) sequitur me ei teneri ad veritatem eorum, quæ promisi. Et hoc est, quod dicitur in c. etsi Christus. & in c. debitores, eod. tit. redde Deo iuramenta, & fuit præceptum veteris testamenti. Hæc igitur promissio quamuis metu fiat, nullam habet metus turpitudinem, quia Deus non intulit meum, nec ipse perterritus turpiter fecit, dum metu, qui in constantem virum cadat, quicquam iurauit, vnde obligatus est Deo, per quem iurat. Et hoc est quod dicitur, cum absoluedum : nam nullis obligationis vinculis tenetur parti, sed Deo est obligatus, & idè absoluedus. Vnde clara intelliges verba ad faciem pugnantia in c. 2. eod. tit. & resolues argumenta superiora : hanc eandem sententiam, per quam ego iuste iura intelligo, tenet S. Doctor secunda 2. q. 89. art. 7. ad 3. & super 3. dist. 39. art. 3. vbi ipse fatetur, non obligari parti iure Ca-

se Canonico, nec Ciuili, sed Deo obligari, & ideo absolutionem esse petendam.

† Nec obstat sententia Abb. in c. i. col. i. & pen. col. & in c. debitores, & aliorum, de quibus ibi. quòd quando turpitudine versatur ex parte recipientis promissionē, iuramentum obligat promittentem ipsi, cui promittitur. Nam hoc ego nunquam percipere potui, quia si obligatio simplicis promissionis non est, dum recipiens turpiter recipiat, quia cum turpiter faciat, ius non vinculat ei eodem modo, & eadem ratione in iuramento, cuius obligatio non debet tendere ad extremum turpe, sed tendit in Deum, qui vrin nullo peccare potest, nec in hoc peccauit.

463

Nec obstat fundamentum, in quo stat fallacia, quòd pars absoluat, vt in c. i. cum similib. nam absoluit causatiue, quia si sibi est satisfactū, iam soluta est obligatio Dei, vt idem Abbas faterur in d. c. i. In notabilib. & in c. 3. eod. tit. Ratio, quia promissioni, quæ parti fiebat, fuit adiectum iuramentum: vnde voluntate partis causatur absolutio, vt in l. solutionis verbo, de verbor. signif. & in l. solutionis verba, de solut. ff. hæc alibi latius expressè memini.

Verum quamuis superior concordia speciosa videatur, profecto dubia satis vrgentia resident: & primò. vt etiam in illatione supra proximè dicebam, Deus non recipit nisi synceram & simplicem voluntatem, vt in c. 1. 13. quæst. 3. † Ex quo dicebat Dom. Abb. cum cæteris concludens, quòd vota, quæ metu fiunt, erant nulla, quia Deo fiebant, qui synceram & puram tantum voluntatem acceperat, vt in c. i. quod metus causa. & Panormitan. in c. Abbas. dum loquitur de voto. Eodem ergo modo iuramentum quod in Deum tendit, nisi sit purum & syncerum, Deus non debet recipere: nam obligatur quis ex iuramento, quia reddenda sunt Deo iuramenta sua, vt in c. et si Christus. & in c. debitores. & obligatur quis ex voto, quia reddenda sunt Deo vota sua; vt ait Dauid: Vouete & reddite Domino Deo nostro:

466

vt in

vt in c. magnæ, de voto & voti redempt. Itaque par est vtriusque ratio.

467 Præterea videmus, quòd talem promissionem metu factam, ius Canonicum ratam non habet, vt in c. ad euidentiã, quod metus causa. Nec ratione ipsa naturali ratam haberi probatur, vt in l. 1. ff. quod metus causa. & in l. 1. de doli excep. ff. At ratio naturalis lex est diuina, † vt colligitur ex sententia Augustini in c. fin. 17. quæst. vlt. & in c. fin. 9. distinct. Quare igitur Deus ipse habebit ratam contra legem diuinam & humanam? vel quare potius lex humana & etiam diuina ratam non habet promissionem, quam Deus suscipit, & ratam habet, cum à vultu eius pendere debeat omne nostrum iudicium, vt in c. vt nostrum, vt ecclesia. benefic. non diuin.

Item de eo metu non loquimur, qui possit cadere in constantem virum, vt in l. metum in vtraque. & in l. nec timorem. ff. quod met. caus. Et constantia est virtus, quæ comitatur iustitiam, nec constans iniustus esse potest, vt in l. iustitia. ff. de iust. & iur. Igitur quæ ratione violenta nihil sunt, quia voluntas non agit, vt in c. sacris, cum similib. Eadem ratione vir constans, qui metu agit, cum iuste eligat & fugiat metum, deberet non obligari, & secundum iustitiam nihil esset, quo argumento concluditur regula vniuersalis eorum, quæ metu fiunt, & etiam quòd Deus non suscipiat, quæ metu constantis viri iurantur, quod etiam probatur exemplo ipsius Abraham & Isaac, qui metu mortis dixerunt vxores suas sibi esse sorores, quæ tamen erant constantes.

468 † His tamen non obstantibus superior concordia stare potest. Et primò respondeo, quòd Deus non suscipit nisi synceram voluntatem, quando illa voluntas sibi offertur: nam qui vouet, vult Deo in hoc ipso ministrare, vt apud ipsum mereatur, sed nec obligatio habet sua requisita, quando est coacta, nec meritum est in illo bono, quod fit metu, vt in c. præsens. 20. quæst. 3. & ita intellige, quòd ibi dicitur, nullum bonum nisi volun-

si voluntarium : aliud verò est, quando iuratur parti ad aliquã utilitatem, quia tunc non ad meritum, vel ad oblationem Deo factam, stringitur, sed ad negocia humana, ad cuius rei testimonium Deus ipse in medium affertur. Vnde quia ita voluit vt promissit, ne mentiantur per Deum, & ipsi Deo, decet vt obseruet, quod promittit. nec turpitudine vim inferentis consideratur in hoc casu, quia Deus nihil turpiter facit, vt supra.

† Hinc infero singulariter, quòd pollicitatio, etiam de iure Ciuili metu fiat, nulla est ratio, quia est solius offerentis promissio, vt in l. pactum, de poll. ff. & videtur, quòd cum pollicitatio dicatur, quando quis sua sponte promittit Reipub. vel Deo, vt loquitur totus titulus, de pollicit. si metu & interpellante terrore polliceatur, talis pollicitatio est nulla. Nam oblatio debet esse voluntaria, & quæ ratio est in voto, eadem videtur in pollicitatione, vt in l. 2. de pollicit. vnde ex his datur pulchra extensio ad ea, quæ notantur in d. c. Abbas, cum simili. quòd sicut votum est nullum ex c. 1. cod. tit. & ex c. præsens, supra alleg. ita etiam pollicitatio, & hoc dum ista in terminis Doctorum intelligimus, sed in terminis nostris in supra proxima illatione conclusimus omnia, quæ metu fiunt, iure Canonico non valere.

469

Non obstat, quòd ratione naturali & Canonica, quæ metu fiunt, non sint rata. Nam si attendimus turpitudinem vim inferentis, & eius utilitatem certè rata non debent haberi : † quia nemo ex improbitate sua debet actionem consequi. l. non fraudantur. §. nemo, de reg. iur. & in l. itaque Fullo. ff. de furt. & ita intelligitur quod dicit Psalmista: Odisti omnes, qui operantur iniquitatem. Si verò ostendimus promissionem, quæ licita est, & nullum peccatum habet ex parte promittentis, item religionem, quæ Deo debetur, certè cum iuramentum possit obseruari sine interitu salutis æternæ, obseruandum est: & hæc est sententia Legislatoris in c. si verò, cod.

V

rò, eod. tit. & ita in simili soluunt Canonistæ in c. 1. de iureiur. vbi Panormit. in 1. colum. in fin. Et idem est ex sensu B. Thomæ, vbi suprâ, dum parti ad vtilitatem suam negat obligationem, sed tamē dicit, iuramentum obseruandū. Acquitas ergò naturalis & Canonica, dum metu facta rata non habet, respicit turpitudinem inferentis, & eius vtilitatem, verū si nemo ex improbitate sua debet actionem consequi ex d. l. itaque Fullo. sequitur, quòd iure Ciuili inferens metum, non debeat consequi actionem. solue vt ibi.

Nec id obstat, quòd constans vir metum suspiciat, & quòd in hoc ipso iuste agat, quod ego fateor : & ideo iniustum est, vt ipse debeat teneri ex his, quæ metu fecit, cum iuste fugerit metum, inspecta tamen religione, quæ Deo debetur, debet iuramentum obseruari, quia obseruari potest sine interitu salutis, sed ex ista æquitate datur absolutio etiam à iuramento, vt in d. c. si verò, cum similib.

471

† Ex his intelliges, quòd sit metus, qui cadat in constantem virum, & quomodo vir constans timere potest : nam debet librare periculum cum ipsa re, cuius causa timor inferitur, & si viderit periculum esse maius malum, quàm res ipsa, iuste agit, dum euitans maius malum, minùs eligit. Finge, quòd periculum inferitur mortis, vt matrimonium cum Titio contraham, certè minùs malum est matrimonium contrahere, quàm mori : ideo vir iustus poterit iuste eligere. Et hic metus, qui cadit in constantem virum, vt in c. consultuit, de sponsalib. & in l. metum. la. 2. quod metus causa. ff. At si minantur mihi mortem conditione aliquis peccati, quamuis sit mors instans, metus iste non cadit in constantem virum, & potius debet eligere mortem, quàm malo consentire: ynde metu non debet eligere malum, vt in c. sacris. cum similibus. † Nam, vt dicit Philosophus 3. Ethic. peccata sunt maxima malorum. & eligere maius malum timore minoris, nec iusti viri est, nec constantis. Et ita debes intelligere & declarare.

472

rare, quòd vulgò dicitur, metum mortis esse metum, qui cadat in constantem virum: tunc enim hoc verum est, dum mors est maius malum, quàm id, in cuius conditionem metus infertur, aliàs secus, vt suprà vidēs. Hinc etiam pulchrè intelliges text. in l. metum. l. i. ff. quod metus causa. vbi metum accipiendum Labeo aiebat, non quidem minoris, sed maioris mali. Itaq; metus nec est iustus, nec cadit in constantem virum, quando periculum est minus malum, quàm ipsa conditio: secus si periculum est maius malum, tunc enim Labeo dicebat iustum esse metum, vt superiùs declaro. Et hæc adhibeas menti, nam ista sunt vera, & ad veram intelligentiam necessaria.

† Sed ad superiora residet dubium satis subtile, quia vidimus suprà in illatione suprà proxima principali, quòd in Authent. sacramenta. contractus erat nullus, nec iuramentum confirmabat contractum, sed iuramentum, quia in Deum tendebat, erat validum, cum à iure Civili etiam inualidari non posset, sed si ita est, fieri oportet, quòd iuramenti obligatio, quæ tendit in Deum, nulla est, quando metu iuratur, quia cum Authent. sacramenta. loquatur de tali obligatione, dicit nullius esse momenti. Respondeo & fateor, quòd in Authent. sacramenta. contractus non sit confirmatus, vt ostendi in superiorib. Sed considero, quòd iuramento de non retractan. cōtractum duplex est promissio, vt præsupposui suprà, & ostendo latè & subtiliùs in repetitione c. i. de constitut. cum dissero de iuramenti obligatione. Illa igitur, quæ in Deum tendit, valida est, nec de hac posset dicere, nullius esse momenti quoad Deum, sed illa, quæ tendit in partem, nullius est momenti, vel etiam ea, quæ tendit in Deum, quoad effectus civiles, quia quoad partem, nullum est, cui nec actio, nec exceptio oritur: & ita intellige illam Authenticam.

† Ex his nec teneo illam speciosam & exquisitam declarationem, quam tradit Dom. Abbas in c. cum contingat.

tingat. 2. colum. de iureiur. qua originaliter fuit cuiusdam Vincentij Mediolanensis in c. quamuis pactum, de pact. lib. 6. quod quamuis iuramentum metu extortum valeat, tamen si adijciatur cōtractui à iure reprobato, non valet ipso iure, quia requiritur, vt spontè iuret, vt in d. c. cum contingat. & in d. c. quamuis. & casum dicit Dom. Abbas in Authent. sacramenta. quem etiam sequitur Felin. in c. 2. 1. colum. & in c. si verò, de iureiur. 3. col. 1. declar.

475 † Aduerte tamen, & verba à causis ponderes, non causas ex verbis, vt in c. intelligentia, de verbo. signific. & quæro, an improbatio contractus, quæ fit à iure Ciuili, impediatur iuramenti vinculum, & fateri conuenit, non impedire, vt in eisdem iuribus patet, vbi contractus sunt improbati, & tamen iuramentum va-

476 let. † Item quæro, an metus impediatur iuramenti obligationem, & quippe certum est non impedire, vt in d. c. 2. & in c. verum. & in c. si verò, Quare igitur vis, quod impediatur: nam vides, quod nulla harum causarum sufficit. Verùm si dicas, quod simul iunctæ poterunt impedire, aduerte, quod qua ratione separata impedire non possunt, eadem manet, cum simul sunt iunctæ. Nam ratio erat, quia ex iuramento quis obligatur Deo, quam obligationem ius Ciuile impedire non poterat, vt dicebat Dominus Abbas in c. cum contingat. 3. colum. & iuramentum est quid spirituale, vt in c. venerabilem, de elect. Vnde prohibitio iuris Ciuilis nihil impediēbat. At ista eadem ratio manet, item metus non impedit, quia iuramentum potest obseruari sine periculo salutis æternæ, & nec iurans peccat, nec Deus, per quem iuratur, vt supra exposui. Ergò sequitur, quod etiam si contractus sit prohibitus, & metu sit iuratum, est obseruandum, quia eadem ratio in vtraque causa manet.

Nec obstat, quod text. in Authen. sacramenta, ponderat verbum, spontè, quod fateor ad inuiolabilem obseruationem, vt textus loquitur, quia si metu fiat inuiola-

violabiliter non observatur, quia petitur absolutio, ut in c. si verò. Nec obstat textus in c. quamvis. & in c. cum contingat, quæ iura intellige, ut supra dixi.

† Ex his etiam quarto inferri potest ad id, quod dicunt Hostiens. & Ioan. Andr. in d. c. verum. & in c. ad audientiam. quod metus causa. & Dom. Abb. in c. si verò, in final. verbis. & ibi Felin. in tertia declaratione, quod in dubio præsumendum est, qui metu iurat non habere animum se obligandi. ita ipsi. Tu verò considera, quod qui non habet animum obligandi, verè non consentit, quamvis se consentire dicat, non obligatur quoad Deum, ut in c. in tua, de sponsal. & ita tenet gloss. in c. si verò. quam ita intelligit Ioan. And. & Abbas. vbi id fatetur. & Dom. Felin. & Cardin. ibi. At si ius præsumit, cum non habere animum obligandi; certè habet pro non obligato, quia iuris præsumptio suas partes præsupponit veras, nisi contrarium probetur, ut in c. cum tacitum. & in l. si pactum. ff. de probat. Si igitur ius habet pro non obligato, sequitur, non esse absoluendum, quod tamen est falsum, ut in dictis iuribus. Hæc enim videntur sibi non cohærere, ut iure præsumatur non obligatum, & quod iure absoluatur. † Præterea si verum esset, quod iure præsumeretur iurantem noluisse obligati, sequeretur præsumi mendacium, quod tamen non est præsumendum, ut inquit Iurisconsultus in l. Labeo, in §. item Tubero, de sup. leg. Nam cum verba sint organum mentis, non aliter præsumendum est dixisse, quam mente agitauerit. & dicit Gregor. Moralium 28. humanæ aures talia verba nostra iudicant, quia foris sonant, ut in c. humanæ aures. 22. quæst. 5. Hinc iure verba probant consensum, quod clarè probatur in c. maiores, ad finem, de baptis. & probatur in omnibus casibus, vbi coacta voluntas iudicatur voluntas, ut in c. merito. 15. quæst. 1. & in l. si metus, de acquiren. hæred. ff. & in l. si mulier. §. si metu coactus, quod metus



causa. Itaque ego nescio assistere huic sententiæ, quæ hi Patres dicunt, metu iurantem præsumptione iuris non habuisse animum se obligandi: & in hac nostra sententiâ, quamuis in alio proposito, fuit S. Doctor 4. sentent. distinct. 29. art. 3. vbi ipse expresse reprehendit eos, qui dicunt, iure præsumi metu afferentem non consentire: non enim est elicienda talis præsumptio, cum Ecclesia de nullo præsumat peccatum.

Nec obstat text. quem sumunt pro fundamento, scilicet in c. super hoc, de renunc. cum simil. Nam bene præsumitur, quod sponte nõ renunciat. Falsum tamen est, quod renunciat, nec præsumitur non renunciasse, cum maxime secundum communem opinionem valeat renunciatio ipso iure, & verum est, non renunciasse absoluta & pura voluntate, sed impulsâ voluntate renunciauit, & iure præsumitur, & probatur renunciare.

Verum si fingamus, quod qui metu iurauit, non obseruauit iuramentum, tunc forsan haberet locum ista præsumptio, vt credamus eum potius noluisse se obligari, & sic mentitum esse, quam peccasse: & hoc posset coniecturari ex c. verum: non peccat mortaliter, vt periurus, sed vniuersaliter censetur peccasse. Et ita potest saluari sententia prædictorum Patrum, nec referas præsumptionem iuris ad tempus, quo nihil est actum contra iuramentum, vt refert Abbas, quia tunc præsumeremus peccatum, id est, mendacium, quod est improbum. Postquam tamen videmus ipsum peccasse, & non obseruando, quod dixit, vel periurus est, vel mendax, præsumimus eum mendacem potius, quam periurum. Et ideo pro veniali est poenitentia imponenda, & quod ita suadere debeat, ex hoc etiam videtur confirmari: quia postquam constat, quod non obseruauit, nulla requiritur absolutio, sed poenitentia pro veniali, vt in c. verum. quoad Deum vero, si intentionem habuit se obligandi, quia veritas apud ipsum semper notact,

est, ut in c. humanæ aures, 22. quæst. 5. supra alleg. peccat mortaliter, si non obseruat, † quia perjurium ex specie sua est peccatum mortale: & ita loquitur S. Doctor, quem refert & sequitur Archidiaconus in c. habemus. 21. quæst. 1.

Ex his etiam infero ad declarationem eorum, quæ dicunt Ioan. And. Cardin. Abb. & Felin. in d. c. si verò. quòd qui non habet animum se obligandi, non tenetur obseruare iuramentum, nec est obligatus, nec peccat non obseruando. Aduerte tamen, quòd in hoc ipso peccauit venialiter, quia aliud dixit, quàm in mente concepit. Mendacium ergò cum peccatum sit, ut in c. super eo, de vsur. in c. iuramenti, 21. quæst. 5. peccauit certè, & non solum peccauit ex mendacio, sed etiam eo, quòd nomen Dei vanè adiecit. Vnde infero contra id, quòd dicit Dom. Abbas in c. si verò. 2. col. vers. ego completendo. vbi dicebat, quòd homo non perfectus nec venialiter, nec mortaliter peccabat, sed excusabatur propter metum ab omni peccato, arg. in c. ne quis. 22. q. 2. ita dicebat Dom. Abb.

† Ego credo, nec perfectum hominem, nec imperfectum à mendaci peccato excusari, quia naturalis iustitia, quæ veritati coniuncta est, ostendit non esse mentiendum. Nam veritas, ut inquit Tull. comitatur iustitiam, & nec ea, quæ natura ostendit, egunt promulgatione, quia teste Psalmista: Signatum est super nos lumen vultus DEI, id est, ipsa ratio, quæ iustitiam sacrificare tenemur. Hac igitur lege omnes homines, non quia perfecti, vel imperfecti, sed quia rationales tenemur: & hoc est, quòd dicitur, ius naturale peræquè apud omnes gentes custodiri, ut in §. sed naturalia, Institut. eodem. & generis est humani, non particulariter aliquorum, ut in l. 1. §. ius naturale, de iustit. & iur. & in c. ius naturale, 1. distinct.

Eodem modo potest etiam subesse peccatum, quia

V

+

vanè

vanè & sine effectu adiecit mendacio sacramentum, quod idem Dom. Abbas fatetur, & probatur in Decalogo Præceptorum, vbi vana iuramenta probantur. & in c. etsi Christus, eod. tit.

481

† An autem peccet mortaliter vel venialiter : Dominus Abbas dicit venialiter peccare, de quo non disputo : sed etiam dum ipse in hoc contemptu religionis vult distinguere inter hominem perfectum, & imperfectum, & vt perfectus nullum committat peccatum certè religio naturalis est, & communis omnium generum, vt in l. veluti, de iustit. & iur. & non solum apud nos, quibus religionis veritas reuelata est, sed etiam apud Platonicos, qui iustitiam ipsam & felicitatem humanam in Dei vnici cultura constituunt.

Nam & Platonem in hoc ipso Iureconsulti ferè sunt imitati, qui religionem iurisgentium esse dixerunt. Rursus illud Decalogi præceptum est diuinum & naturale, vt in c. 2. distinct. 1. & in §. in lege. 6. distinct.

482

Ergo apud omnes homines peræquè custodiendum, sed in his cogita. † Nam mendacium est (vt ait Augustinus) falsa significatio vocis cum voluntate fallendi, & non est peccatum sine dolo. & in c. beatus. 22. quæst. 2. At cum ipsum, qui dolo facit, dolo decipere liceat, nec ei fidem obseruare teneamur, vt in c. 3. de iureiuran. & in l. si conuenerit. ff. pro socio. sequitur, quod si quis vim mihi inferat, potero ei mentiri, nec hic erit malus dolus, cum vim inferens in hoc, ipso dolo faciat. l. si cum exceptione. §. eum qui. ff. quod met. causa. ex quo videtur, quod ex mendacio non teneatur ad peccatum, quod est contra superiora. Hæc soluas ex notatis in d. c. 3.

483

† Sextò infero contra quandam nouam declarationem, quæ resultat ex glossa in c. significauit. & ex textu ibi, secundum quod intelligit glossa & Abbas, quod iuramentum in his, in quibus actus ex metu ex ipso iure nullus, est etiam nullum, vt ibi patet in

tet in matrimonio. Nam tam matrimonium, quam  
 etiam iuramentum dicitur nullum, si metu fiat, & ita  
 dicebat Domi. Felin. in c. si verò. s. declaratione, sed are  
 re nouam declarationem ad illum textum, & reli-  
 qua. Verùm cum ego ostenderim in illatione prin-  
 cipali supra proxima, quod de iure Canonico regulari-  
 ter actus, qui per metum fiunt, non valent, & eodem  
 iure Canonico valeat iuramentum talibus actibus ad-  
 iectum, necesse est concludere, talem declarationem  
 glossæ, Abbatis & Felini non valere, maximè quod ra-  
 tio, qua valet iuramentum metu extortum, manet, eti-  
 am si actus sit nullus, quinimò diuersa est ratio iura-  
 menti & ipsius actus. Nam actus nullus est ex defectu  
 inter vtrunque contrahentem, sed iuramentum valet,  
 quia inter Deum & contrahentem nullus est defectus  
 ex metu, quod superius latius ostendi. Nec obstat text.  
 in c. significauit. Nam ibi non probatur, quod iura-  
 mentum sit nullum, vt late ostendo in illatione supra  
 proxima principali, vbi inuenies expositum tex. illum  
 & vt ibi dixi, ita est ex mente S. Doctoris. Sed ita di-  
 stingue, quod aut verba sunt præsentis temporis, vt si  
 dico, ego te in vxorem accipio, & iuro te in vxorem ac-  
 cipere & credo, quod vt matrimonium est nullum, ita  
 & iuramentum, quia iuramentum non facit, quod li-  
 ber sit consensus, cum verum sit metu esse contractum,  
 & ita intellige, quod ipsi dicunt. Sed si iuramentum re-  
 fertur ad futuram promissionem, tunc certè obligat e-  
 tiam ad matrimonium, & ita sunt intelligenda quæ di-  
 xi. Vnde non est sumenda regula generalis ad omnes  
 casus, in quibus actus est nullus, vt etiam iuramentum  
 sit nullum, nisi ex rei natura vel qualitate eadem osten-  
 datur ratio, vt in isto casu. Nec id teneas, quod illud  
 iuramentum, de quo in c. significauit, sit contra bonos  
 mores, & idèò nullum, vt Abbas & Felynus vbi suprà,  
 vide in supra proxima illatione principali. Hæc ex  
 principijs iuris Canonici & Ciuilibus deducens ad tem-

plum Dei non Iouis cum ipso Platone contendebam. Ab hoc enim templo omnia exordiuntur, & in ipsam sunt reducenda. Hæc enim est vera humanorum felicitas, sed dum per leges tranquilla animorum civilium puritate ad nostrum principium, in quo beatitudo consistit, longo itinere contendebam, ecce reuocant aliqui iuristudiosi, qui commentaria iustitiæ à me desiderantes interrumpunt.

(.:)

F I N I S.

LAVS DEO SEMPER,





















